



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad  
Annum 1749

**Luxemburgi, 1753**

Anno MDCCXLVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)

plenitudine paribus concessio, quempiam in iudicio, vel extra illud iuris, seu se iuvare posse: sed ipsas præsentibus Literis semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere & fore, suorumque plenarios, & integros effectus fortiter, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, plenissime suffragari, sicut in præmissis censeo, atque ita, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis & eorum quilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus superius relatis Innocentii Prædecessoris prædicti Literis, nec non omnibus & singulis illis, quæ memoratus Alexander itidem Prædecessor Noster præfatus in suis Literis prædictis voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volimus autem, ut earundem præsentium Literarum Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dicte Societatis subscriptis, & Sigillo Præpositi, vel Vicarii Generalis ejusdem Societatis, sicut alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostre absolutionis, revocationis, abrogationis, irritationis, annulationis, cassationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadagesimo sexto, sextodecimo Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

D. Card. Passionis,  
J. Datarius.  
VISA DE CURIA.  
J. C. Boschi.  
J. B. Eugenius.  
Loco ✕ Plumbi.  
Registrata in Secretaria Brevium.

XXV.

De libero ingressu Clericorum Sacularium in Ordines Regulares.

Dilecto Filio Nostro Angelo Maria Tit. S. Præcedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præbitero Cardinali Quirino nuncupato ejusdem S. R. E. Bibliothecario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Archidiaconus Brixien-  
sis Inconsul-  
to Card. Qui-  
rino Episcopo  
ingressus est  
Societatem  
Jesu.

EX quo Dilectus Filius Leander Chizzola Archidiaconus Ecclesiæ tuæ Cathedralis Brixien-  
sis, ex improvise isthinc digressus, Bononiæ se contulit, ibique habitum suscepit Clerici Regularis Societatis Jesu; statim a Te, Dilecte Fili Noster, data fuerunt ad Nos Literæ, quibus querebaris, eum tanti momenti consilium, Te inconsulto, cepisse, Teque penitus incio; ad exitum deduxisse; non sine magno detrimento pauperum istius Civitatis atque Diocesis, quibus largiter sub-  
venire, multorumque piorum operum, quibus se

jugiter exercere consueverat; suorum quoque Ne-  
potum in minori ætate constitutorum, quorum  
cura, atque educationi præesse debebat; ac sine  
spe quidquam utiliter peragendi in ipsa Societate  
Jesu, cui jam prope septuagenarius nomen dederat.  
Hæc eadem, quum ipse proximo Autumno  
in Urbem advenisses, Nobis coram inculcare non  
omissisti; deque iisdem nuper in Epistola Nobis di-  
recta, ac Typis vulgata, iterum expoſtulasti; pe-  
tens præterea, Nosque excitans, ut auctoritatis  
Nostre ope, certa que lege proposita, hujusmodi  
licentiam reprimamus, qua Saculares Clerici atque  
Presbyteri ad Regularium Claustra, quum liber,  
se conferentes, a Regularibus Superioribus illico  
recipiuntur; quod sanè non aliter fieri debere au-  
tumas, quam communicatis consiliis cum Episco-  
pis ipsorum Clericorum seu Presbyterorum Ordina-  
riis; siquidem ipsi Episcopi nunquam Regulari-  
bus Viris Ordines conferunt, sine Prælatorum Regu-  
larium consensu, in eorum Litteris Dimissoria-  
libus declarato.

Duæ sunt res in hoc universo negotio expen-  
dende; peculiare scilicet factum Leandri Archi-  
diaconi; & generale constitutum, quod a Nobis  
fieri & publicari velles. Ad primum quod attinet,  
aptiorem querelis Tuis responsionem comparare  
non possumus, quam si eadem ipsa Tibi rescribamus,  
quæ olim Sanctus Gregorius Magnus Præde-  
cessor Noster Desiderio Episcopo Viennensi in  
Gallia in simili prorsus casu rescripsit. Quum enim  
Pancratius quidam Ecclesiæ Viennensis Diaconus  
Monasticam vitam amplexus esset, & in eodem  
Diaconi gradu in Monasterio degeret; Episcopus  
autem Pancratius diligens, magnique faciens,  
ipsum e Monasterio abducere, & ad Ecclesiæ ser-  
vicia retrahere vellet; Sanctus Gregorius, cujus  
opem Pancratius imploraverat, scripsit ad Deside-  
rium, ut ipsum potius hortaretur, ne a Monaste-  
rio discederet, neve se iterum sæculi procellis  
committeret. Habes Gregorii Epistolam Tom. II.  
ipsius operum anno MDCCV. a Monachis Sancti Mauri  
accuratè editorum, Epistola 35. lib. 12. Indiçt. V. ubi  
ita scribit: Hortamur igitur, ut tam promptæ devo-  
tioni ejus, quam in sancto studet habere proposito, mi-  
nime vestra sit impedimento Fratemitas: magis autem,  
quibus valetis adhortationibus, Pastoralis admonitione  
succendite, ut fervor hujus desiderii in eo non tepescat;  
ut qui a turbulento curarum secularium tumultu se se-  
gregans, quietis desiderio, portum Monasterii appetiit,  
rursum in Ecclesiasticarum curarum non debeat pertur-  
bationibus implicari; sed in Dei laudibus permittatur  
secure ab his omnibus, ut possulat, remanere.

Quod quidem Gregorius rescribere non dubi-  
tavit; quamvis Pancratius, in Clericatus officio Ec-  
clesiæ Viennensi, ut ipse ait, mancipatus existeret,  
ipsius nempe servitii re ipsa addictus; quamvis  
etiam eo tempore hujusmodi disciplina vigeret,  
de qua latè Thomassinus agit, de Beneficiis par. II.  
lib. 1. cap. 3. & 4., ut Clericus Episcopo ordinanti  
per omnia subesse, ejusque Ecclesiæ ministerio,  
cui in Ordinatione adscriptus fuisset, perpetuo  
jure devinctus haberetur. Quamvis denique idem  
Sanctus Gregorius optimè nosset, nemini licere  
ab hujusmodi ministerio Ecclesiæ, cui semel ad-  
dictus fuisset, discedere, sine permisso Episcopi,  
a quo quis ordinatus, ejusque Ecclesiæ servitii in  
Ordinatione fuerat adscriptus: unde in alia Epi-  
stola, quæ est XVII. lib. 5. Indiçt. XIII., quum  
ageret de electione Joannis Archidiaconi Cata-  
nenis ad Episcopalem Cathedram Syracusanam,  
inter alia, requirebat ut Leonis Episcopi Cata-  
nenis consensus accederet: Quod si factum fue-  
rit, etiam Frater & Coepiscopus Noster Leo ei ces-  
sionem facere debet, ut liber ad ordinandum pos-  
sit inveniri; ad quæ verba Editores ita observant  
in Notis: Tam erant Clerici sue Ecclesiæ addicti,  
ut ne eos quidem in Episcopos alterius Ecclesiæ fas  
esset eligere, nisi missione obtenta, sive, ut vocant,  
cessione.

De hoc quæ-  
ritur dictus  
Card.

Exquiri-  
t a Pontifice,  
ut illum cogat  
ad recede-  
ndum, &  
legem con-  
stituat, ne sa-  
culares Cleri-  
ci liberè ad  
Claustra  
transire va-  
leant.

Pontif. di-  
vidit postula-  
tum in duas  
partes.

Respondet  
primæ circa  
particulare  
factum d. Ar-  
chidiaconi.

Non itaque dubitamus, quin Tu cum Archidiacono tuo eadem planè ratione agendum tibi esse ducas, qua Episcopum Viennensem cum Diacono suo Pancratio agere, Sanctus Gregorius opravit; tum quia animi tui perfecta magnitudo hoc Nobis suadet; tum quia in ea Epistola, quam publici juris fecisti, postquam prædicti Archidiaconi in Sæcularis Presbyteri statu eximiam operam disertissime, ut soles omnia, demonstrasti, circa finem deinde addis: *Te habere causas, cur ultro sinas eundem in Castris, ad qua discessit, militare.*

Unum tamen, quod Tibi præsentè antea diximus, nunc etiam scripto iterandum censemus; non scilicet debita erga Te observantia defectui tribuendum esse, quod prædictus Archidiaconus tuus, ante discessum, opportunam abs Te veniam minimè requisierit; sed potius metui reverentiali, quem vocant, ac desiderio propositi sui reipsa exequendi, iustoque timori, ne fortè ab ejus implemento revocaretur. Quæ ratione bo. mem. Ardicinus Cardinalis de Porta in quadam Epistola ad Prædecessorem Nostrum Innocentium Papam VIII. conscripta, suum factum excusat, quod scilicet ad Eremiticam vitam inter Camaldulenses profitendam conferre se volens, Cardinalatus habitum exutus, clanculo ex Urbe se subduxerit. Quum enim, Pontificis venia opportunè obtenta, minimè necessarium sibi putaret assensum Collegii S. R. E. Cardinalium; consilium verò suum, ne interverti posset, necessario occultandum esse cognovisset; delato deinde ad ipsum murmure eorum, qui ipsius factum reprehendebant, ita scripsit ad Pontificem, in præcitata Epistola: *Quod autem dimisso Cardinalatus habitu, dissimulata veste, me itineri commissem, non opinor propterea me notam ullam apud graves, & prudentes Viros contrahere potuisse. Nam cum vellem, quod hæcenus feceram, secretissimum esse, idque fratri mihi fidissimo occultassem, existimavi satis etiam in dissimulato habitu inter ignotos, quam cum vero habitu incidere, & propterea a pena & a culpa, & ab omni alia nota me immunes esse existimo.* Hæc Epistola refertur in ejus vita edita ab Attichy in Libro, cui titulus: *Flores Historie Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium.*

Atque hæc de prima quæstionis parte. Quod verò ad alteram attinet, ad generalem scilicet Legem, quam pro similibus casibus a Nobis constitui postulas; hoc tibi respondere posse arbitramur, satis huic rei in Ecclesiasticis Canonibus provisum esse. In Concilio Toletano IV. anno DCXXXIII. sub Sancto Isidoro celebrato, Canone 50. ita legitur: *Clerici, qui Monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in Monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.* Textus habetur in *Collectione Conciliorum Hispania Cardinalis de Aguirre Tomo II. pag. 487.* & refertur etiam in Decreto Gratiani *Can. Clerici 19. quæst. 1.* Quin immo in eadem *Causa 19. quæst. 2. Can. alienum*, postquam regula posita est, quod Clericus absque permisso Episcopi ab Ecclesia sua discedere, & alterius servitio se adjungere nequit; hujusmodi exceptio subnectitur: *Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vite transire voluerit; tunc enim liberum est illi, etiam Episcopo contradicente, Monasterium ingredi.* Concordat Canon sequenti loco relatus, qui incipit *Dua sunt*; in quo distinctio fit inter Legem publicam, & privatam; & posito, quod publica quidem Lex vetat Clericum ab una ad aliam Ecclesiam transire sine assensu proprii Episcopi; privata vero Lex, quæ instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur, & dignior est Lege publica, nequaquam id prohibet; ex hujusmodi principio arguitur, licere

Clerico Beneficiato, etiam contradicente Episcopo, Beneficium relinquere, & in Monasterium sese recipere: *Si quis horum in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet, & seculariter vivit, si, assensus Spiritu Sancto, in aliquo Monasterio vel Regulari Canonica salutare se voluerit, quia Lege privata ducitur, nulla ratio exigit, ut Lege publica obstringatur; dignior est enim Lex privata, quam publica &c.* Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate.

S. Thomas 2. 2. quæst. 189. art. 7. quæstionem proponit, *utrum Presbyteri Curati possint licite Religionem ingredi*: camque affirmative resolvit; ea ratione ductus, quod nulla lege obligantur, toto vitæ tempore curam animarum sustinere. Articulum verò ita concludit, facta de Archidiaconis expressa mentione: *Unde manifestum est, quod Archidiaconis & Presbyteris Curatis licet ad Religionem transire; & paulo infra: Dicendum, quod Presbyteri Curati & Archidiaconi obligaverunt se ad curam agendam Subditorum, quantum retinent Archidiaconatum, vel Parochiam; non autem obligaverunt se ad hoc, quod perpetuo Archidiaconatum, vel Parochiam retineant.* Hæc S. Thomæ sententia confirmatur a S. Antonino in sua *Summa par. 3. tit. 16. cap. 2. §. 2., in Editione Veronensi pag. 881.*, ubi præterea addit, Episcopi dissentium minimè ob stare: *Archidiaconis, Presbyteris, Curatis, licet ad Religionem transire, etiam Episcopo contradicente.* Quæ verba similiter leguntur apud Sylvium 2. 2. quæst. 189. art. 7. in postrema ejus Editione Antwerpia facta, Tom. III. pag. 945.

Et quoniam alicui in mentem venire poterat, hujusmodi libertatem transeundi ad Claustra, quæ sæcularibus Presbyteris a Canonibus conceditur, locum habere duntaxat pro Claustris Monachorum, de quibus ipsi Canones expressè loquuntur; idem Sylvius, loco citato, affirmat, eam facultatem æquè competere, sive de Instituto agatur contemplativæ vitæ unice dedito, sive de eo, in quo vitæ activæ opera exerceantur: *Possunt Religionem etiam illam ingredi, quæ in vita mere contemplativa, aut potissimum in corporalibus vitæ activæ officiis sit occupata; quoniam plus excedit status Religionis ejusdemque, statum seu potius officium Archidiaconi vel Plebani, quam status altissima Religionis, statum ejusdemque infirmæ; propter solemniam nimirum Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, quæ in unaquaque Religione emittuntur.*

At incidunt sæpe tempora, quibus opportunum non est, Clericum sæcularem suum locum deserere, & in Religiosis Claustris se abdere: qua de re nisi consultatio inter Episcopum & Superiorem Regularem, impossibile erit quid expediat agnoscere. Durum autem omnino est, Virum Ecclesiasticum, qui, in suscipiendo Presbyterii Ordine, conceptis verbis, Episcopo suo reverentiam & obedientiam spondit, quoties ipsi liberit, Episcopo inconsulto atque inficio, ad Regularia Claustra discedere, ac Regularis Instituti servitio perpetuo se mancipare. Super quibus omnibus inter se junctis, certam aliquam regulam tradi, & generalem Legem a Nobis promulgari opus esse contendis.

Equidem fateamur, non omni tempore omnibus opportunum esse Regularem vitam amplecti. Meminimus Epistolæ S. Augustini ad Bonifacium Comitem, quæ in Editione Monachorum Sancti Mauri impressa est num. 220. Tom. II. pag. 212., & cujus etiam pars refertur in *Can. Novimus 17. quæst. 2.* ubi nimirum Sanctus Doctor testatur, se, una cum Alypio, ipsum Bonifacium a Monastica vitæ proposito dissuasisse, ob præclaram, quam, in sæculo manens, Ecclesiæ & Reipublicæ navabat operam, dum Africam a Barbarorum incursionibus

Sententia D. Thomæ concordat etiam in terminis fortioribus.

Et S. Antonini.

Extensio sententiæ ad Ordines vitæ activæ.

De limitatione sententiæ.

Enumerantur casus, qui ob stare videntur.

Respondet secundæ circa legem generalem constitendam.

De jure liberum est Clericis transire ad Claustra, etiam absque licentia Episcopi.

tuebatur: *Ut autem non faceres, quid te revocavit, nisi quia considerasti, ostendentibus nobis, quantum prodesse Christi Ecclesis quod agebas, si ea sola intentione ageres, ut defensa ab infestationibus barbarorum, quietam & tranquillam vitam agerent?* Vidimus etiam apud S. Thomam 2. 2. *quest. 101. art. 4. & quest. 189. art. 6.*, questionem hanc solidis rationibus examinari; utrum posset Filius Religionem ingredi, & Parentes in saeculo relinquere, si ab ipso deserti, inopia sint laboraturi. Uterius inquirunt Moralista, an idem dicendum sit de Avo; & an id, quod de Ascendentibus statuitur, locum habeat etiam quoad Filios, Fratres, & Nepotes; & quatenus illius ope, qui Religionem vult ingredi, praedicti omnes indigere debeant.

De reverentia quoque & obedientia, quam non modo Sacerdos, sed quilibet etiam Clericus, proprio Episcopo praestare debet, justam profecto opinionem fovemus. De hujusmodi obedientia agitur in *Cap. cum Clerici. de verb. signific. ubi Innocentius Papa III. exponens formam juramenti, quod a Clericis Ecclesiae Placentinae praestabatur, in haec verba conceptum; Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinae Ecclesiae, & Domino meo Episcopo Placentino; docet, per Ecclesiae Placentinae vocabulum intelligi Capitulum Ecclesiae Cathedralis; eum vero, qui praestat hujusmodi juramentum, Episcopo tamquam capiti principaliter obligari. Neque porro Nos pro nuda inani formula habendam esse putamus solemnem illam obedientiam, & reverentiam sponsonem, quam Presbyter facit in manibus Episcopi ordinantis, juxta vetustissimum Ecclesiae morem, ante mille annos indubitanter servatum; ut ex antiquis Ritualibus colligitur, quae expendit *Catalanus ad Pontificale Romanum Tom. I. pag. 149. in notis ad §. 29.* Quin immo libenter agnoscimus, Presbyterum, hujusmodi promissionis vigore, ea lege, inter alias, adstrictum teneri, ut a servitio Ecclesiae, cui in ordinatione addictus fuerit, discedere nequeat sine licentia Episcopi; id quod optimis rationibus demonstrat *Hollier de Sac. elect. & Ordin. par. 1. sect. 6. §. 12. Editionis Romanae*, ubi docte graviterque refellit auctorem cujusdam libelli Gallico sermone editi, qui hujusmodi reverentiam, & obedientiam Episcopo in Ordinatione promissam angustis nimium limitibus coercere tentaverat.*

Verumtamen, his omnibus non obstantibus, iterum dicimus, novam generalem Legem hac de re minime necessariam Nobis videri; vel quia in Ecclesiasticis Sanctionibus, quodcumque necessarium est, satis constitutum habemus; vel quia, si quid adhuc ordinandum superest, id pro generalis Constitutionis subiecto haberi non potest. Tria siquidem sunt, quae in hujusmodi casibus considerari possunt; primum videlicet, an Presbyter ab Ecclesiae servitio ad Regularia Claustra transiturus, permissionem ab Episcopo petere debeat: Secundum, quid ipsi faciendum sit, si Episcopus dissentiat: Tertium, quid statuendum sit de Parochia, seu Canonatu, aut Archidiaconatu, quem Presbyter obtinebat. Verum haec omnia jam Sacri Canonis considerantur, atque opportunas pro singulis capitibus regulas praescripserunt.

Quod enim pertinet ad Episcopi permillum; nemo dubitat, quin Presbyter, Ecclesiae regimen, aut ministerium dimissurus, ante omnia debeat Episcopo consilium suum, ejusque capiendi rationes, quantum earum natura fert, aperire. In quo non tam officio & honestati, quam naturalis legis praecipio satisfacet. Quum enim Presbyteri, in animarum cura, aliisque gravibus muneribus ad Pastoralis regimen spectantibus, Episcopi Ministri sint; ita cum eo se gerere debent, ut is animarum, quas ipsi re-

gebant, & negotiorum, quae administrabant; necessitatibus opportune consulere valeat. De quo recte loquitur *Passerinus*, licet Ordinis Regularis scriptor, de *statibus hominis Tom. III. quest. 189. art. 7. num. 8.* Minister, qui habet custodiam rerum, & bonorum Domini sui, quae absente custode perire possunt, non ex pura decencia, sed ex debito officii sui, tenetur bona sibi commissa Domino reddere, & illum monere, ut de alio custode provideat; & si hoc non faciat, puniri potest. Cum ergo Parochus sit Episcopi minister in cura animarum, si deserat animas sibi commissas, inconsulto Episcopo, non minus peccat, quam si Minister Pastoris, Ovium Domino, ac Pastore non adnito, gregem errantem sine custode dimitteret, cum his, quae sequuntur.

Haec autem permissio vel ab Episcopo conceditur, vel negatur. Si concedatur, jam controversia locus non erit. Sin vero denegetur, hujusmodi dissensus, ex auctoritatibus superius citatis, Presbyterum non adfringet, quominus Religionem ingredi valeat. Neque id mirum videri debet. Si enim Presbyter Episcopo reverentiam & obedientiam in sua Ordinatione promisit, multo solemnius Regulares eam promiserunt proprio Superiori in Religiosa Votum Professione. Et tamen quoties Regularis in Ordine laxiori Professus ad strictiorem transire cupit, tenetur quidem a Superiore laxioris licentiam petere: verumtamen, ea sibi denegata, nihilominus ad strictiorem libere transire potest, ut expressè statuitur in *Cap. licet. de Regularibus*, ubi sic legitur: *Talis ergo postquam a Prelato suo transendi licentiam postulaverit, ex lege privata, quae publica legi praesudicat, absolutus, libere potest sanctioris vitae propositum adimplere, non obstante proterva indiscreti contradictione Praelati; quia privilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.*

Denique de Beneficiorum vacatione, in jure statutum habemus, eam non induci per solum ingressum in Religionem, sed per Professionem Regularem dumtaxat; quemadmodum videre est in *Cap. Beneficium. de Regular. in 6.* Et quidem pro eo tempore, quod inter ingressum in Ordinem Regularem, & Professionem solemnem intercedit, debet Episcopus, quoad Beneficia Curata, id ipsum agere, quod alias praestare consuevit, quum Parochus aliquo impedimento detineretur, ne animarum curam exercere valeat; quoad Beneficia vero Choralia, relicti Tyroni Religioso, qui Choro interesse nequit, ipsius Beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura praescribant; juxta opinionem in praxi receptam, de qua agit *Suarez de Religione Tom. III. lib. 5. Cap. 16. num. 12.* Quin immo si quis forte Religionem ingressurus, Beneficium suum dimitteret, (quo casu potest Episcopus, per *Constitutionem LVIII. S. Pii V.* hujusmodi renunciationem admittere); vel etiam si tempore Novitatus hujusmodi dimissionem expleret, servatis omnibus, quae ex praescripto Sacri Tridentini Concilii *Cap. 16. sess. 25. de Regularibus*, tam in bonorum temporalium, quam in Beneficiorum Ecclesiasticorum renunciationibus servari debent; nihilominus omnia in suspensio remanere debent; neque posset Episcopus ad Beneficii sic dimissi collationem devenire, nisi post factam a dimittente solemnem Professionem; uti late ostendit doctus, & in hoc toto genere expertissimus Scriptor, bon. mem. Joannes Baptista Riganti, in suo *Commentario ad Regulas Cancellariae Tom. III. Regul. 46. a num. II. ad finem.* Qua in re olim dubitatum est, an Vota simplicia, quae a Clericis Regularibus Societatis Jesu, post biennium Probationis, emittuntur, hujusmodi Beneficiorum vacationem inducerent; sed negativa sententia communiter recepta

De vacatione Beneficiorum per Professionem, & quid agendum de ipsis tempore Tyrocinii.

Pontif. eam statuit novam legem non oportere.

Et distinguit tres casus in hac re aequè in jure consideratos.

fuit; ut observat laudatus Riganti loco cit. num. 30. & sequ. & monet Pitonius discept. 126. num. 11. & sequ. Quamvis in Congregatione quinta Generali ipsius Societatis Canone 19. statutum fuerit, ut qui Societati nomen dederit, expleto biennio, antequam Vota simplicia emitat, Ecclesiastica Beneficia dimittere debeat; quo casu hujusmodi Beneficia, si minus propter Professionem, at propter renunciationem, vacare intelliguntur; ut notant Sanchez ad Præcepta Decalogi lib. VII. Cap. 4. num. 7. Pellizzarius in manuali Tom. I. Tract. 3. Cap. 4. num. 52., cum aliis, quos citant præfati Riganti loco cit. num. 32. & Piton. num. 12.

At etiam dices, præmissa omnia rectè procedere; verum per ea non tolli propositam difficultatem, de peculiaribus circumstantiis aliquando occurrentibus, ob quas permitti nequit Presbytero Sæculari ad Regularem vitam transire; & quidem necessarium esse, eorum cognitionem & examen institui; id quod obtineri nequit, nisi, lata Constitutione, præscribatur aliqua consultationis species inter Episcopum, & Superiorem Regularem; ut unicuique sua ratio constet, ipseque Superior Regularis ab Episcopo edoceri valeat de idoneitate illius, qui Religioni nomen suum offert; ne forte eidem inutilis inveniatur; qualem profecto, ob ingravescentem illius ætatem, repertum iri suspicaris Archidiaconum Chizzola, qui inter Clericos Societatis Jesu, Te inconsulto, admittis fuit.

Porro nec interdicta fuit unquam hujusmodi consultatio inter Episcopum, & Superiorem Regularem, neque Nos eam vetare intendimus; quin potius illius utilitatem, atque opportunitatem agnoscimus. Ut autem specialis Legis mandato, tamquam necessaria, præcipiatur, in eo non non modica est difficultas. Neque enim in jure cautum reperitur, ut duorum Ordinum, laxioris, atque strictioris, Superiores inter se convenire debeant, quoties aliquis in illo professus, ad hunc transire velit; sed solum, ubi inter præfatos Superiores oritur controversia, an hujusmodi transitus ex laudabili causa, vel potius ex animi levitate & inconstantia suscipiatur, Ecclesiasticæ Leges, Superioris Majoris judicium requiri voluerunt: Si vero probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad Ordinem archiorem, aut laxiorem, ex charitate, an ex remeritate transire, Superioris est judicium requirendum. Ita legitur in citat. Cap. licet. de Regularibus. Quod si, hujusmodi controversia pendente, Religiosus in altero illo Ordine recipiatur, atque etiam in eo Professionem emitat; tunc ex ipsius controversiæ exitu decernendum erit, an ipse ad priorem reverti, an vero in posteriori remanere debeat; ut rectè monet Abbas Panormitanus in citat. Cap. licet, num. 15. de Regular. Hodierna vero praxis est, per quam omnes hujus generis controversiæ, & morarum prolixitates devitantur, ut Religiosus Viris, qui a laxiori ad strictiorem Ordinem transire cupiunt, postquam voluntatis suæ causas coram competentibus Apostolicæ Sedis Tribunalibus exposuerint, atque probaverint, haud ægre a Romano Pontifice indulgeantur opportune facultates, in quibus derogatio super consensu Superioris Ordinis laxioris includitur.

Quod vero jus, certis in casibus, certisque de causis, competit Superiori Ordinis laxioris, ut suum subditum Regularem ad strictiorem Ordinem digressum, etiam post solemnem Professionem in eo emissam, repetere & revocare valeat; idem similiter, certis in casibus, justisque exigentibus causis, Episcopo competit, ut suum Clericum Sæcularem Ordini Regulari adscriptum repetere possit. Hoc tradit clarissimus Canonum doctor Innocentius IV. ad sepe citatum Cap. licet. de Regular., cujus hæc sunt verba, ibi

num. 3.: Clericus potest transire ad Religionem; non petita licentia, etiam si contradicatur; Crederemus tamen, quod posset eum repetere, si ex transitu suo prima Ecclesia gravem sustineret jacturam. Concordat Abbas in idem Cap. 14., ubi sic ait: Uterius quaritur, quid in Sæculari Clerico? Numquid potest intrare in Religionem, non petita licentia ab Episcopo? Innocentius tenet quod sic: sed si Ecclesia graviter læderetur, esset revocandus. Satis itaque provisum est etiam Episcopo, qui factum Clerici sui, ad Regularia Claustra, se invito, digressi, impugnare velit. Unde nec ulla nova Constitutione opus est, ut Episcopalia jura hac in parte asserantur; neque porro, ut peculiare indicentur casus, quibus hujusmodi juris exercitio locus esse possit; quum satis sit Regulam generalem tradidisse, quam Juxta sequatur, quamque ad peculiare causas, pro sua prudentia, justoque arbitrio, valeat applicare.

Hujus tamen juris, quo Episcopus Clericum Sæcularem sibi subiectum, qui Regulari Instituto sine ipsius assensu nomen dedit, repetere, & ad Ecclesiæ servitium revocare potest, hujus, inquam, juris persecutio in casibus particularibus non admodum facilis esse videtur. Ponamus enim Episcopo rem esse cum Clerico Beneficiato, cum Canonico, cum Archidiacono; vel (quoniam de simplici Beneficiato, aut Canonico, minus fortasse laborabit) de Archidiacono videamus. Hujus dignitatis, sive Officii, veteribus quidem temporibus gravissimi, nunc minus omne eò redactum est, ut Episcopo Ordinationes generales celebranti, quum ipsi commodum fuerit, assistat, promovendos ad ipsam Ordinationem evocaturus. Si vero agatur de Parochis, aliisve Animarum curam gerentibus, nemo quidem negabit, ipsorum munus magni in Ecclesia momenti esse; sed quum simul negari nequeat, Prælationis munus, seu statum, (ut inquit Suarez de Religione Tom. III. lib. 1. Cap. 21. ubi de animarum cura loquitur) minus securum esse, Religionis vero esse statum majoris securitatis in ordine ad spiritualem salutem; unusquisque Parochus Religiosæ vitæ cupidus, ac una exceptione in judicio se tubitur adversus Episcopum, qui ipsum ad Animarum curam revocare contendat. Sanctus Gregorius Magnus, quum olim scriberet adversus Legem ab Imperatore Mauritio editam, qua interdictum erat Militibus Monasticam vitam amplecti, hanc, inter alias, rationem asserbat: Multi sunt, qui possunt Religiosam vitam etiam cum sæculari habitu ducere, & plerique sunt, qui, nisi omnia reliquerint, salvari apud Deum nullatenus possunt: ut videre est in ipsius Epistola 65. lib. 3. Indist. VI. Tom. 2. præfata Editionis Parisiense. Nunc ergo quilibet Beneficiatus, Canonicus, Archidiaconus, Parochus, qui officium, aut ministerium suum cum Religiosæ vitæ commutaverit, se non inter multos, sed inter plerosque a S. Gregorio indicatos, connumerandum esse affirmabit.

Si autem ipsi obijciatur, quod in sæculari statu pauperibus largiter subvenire consueverat, respondebit, se non minus ex ipsis Religiosis Claustris, si bonorum suorum possessionem ad Religionem attulerit, opportunis obtentis facultatibus, pauperum indigentis subventurum. Sanè quum in præfata Lege Mauritius Imperator inhiheret, ne debitores publici Erarii in Monasteriis reciperentur; Sanctus Gregorius eam partem Legis impugnans, (de qua tamen deinde suam opinionem mutavit, ut observant laudati Editores, in Notis, litera d.) ita scribebat in citata Epistola: Quod vero in eadem Lege dicitur, ut ei in Monasterium converti non liceat, omnino miratus sum; dum & rationes ejus possunt per Monasterium fieri; & agi

Resolvitur opus non esse nova Constitutione.

Et difficile esse, ut Episcopus Clericum ad sæcularem statum revocare possit.

potest,

Proceditur ad questionem an ferri debeat constitutio super consultatione inter Episcopum, & Superiorem Regularem super idoneitate illius, qui Religionem ingredi vult.

Examinatur questio.

1747.

potest, ut ab eo loco, in quo suscipitur, ejus quoque debita suscipiantur.

Quod si objiciatur gravis aetas Presbyteri ad Religionem transentis, facilis & obvia erit responsio, quod multi sunt in Regularium Familiis Religiosi Viri in senili aetate constituti, qui pro modo virium suarum, laudabilem operam Religionem praestant; quorum numero ipsum, de quo est questio, adjungi nil vetat. Ita pariter Sanctus Gregorius, contra propugnatores supradictae Legis, qui dicebant, Milites ad Monasteria convolantes, bonos Monachos non evadere; affirmabat: *Ego indignus famulus vester scio, quanti his diebus meis in Monasterio Milites conversi, miracula fecerunt, signa & virtutes operati sunt.*

Aliae rationes, ob quas non est ferenda Constitutio.

Denique, huic Epistolae jam nimis prolixae finem facturi, unum adhuc addimus; ex tantum nimirum Archidiaconis non facile duos inventum iri, qui Archidiaconatum dimittere, & Religionem ingredi velint. Contra vero, in pari Regularium numero, multos sane inveniri posse, qui Regularem vitam pro Archidiaconatu adipiscendo relinquere. Quare, quum Leges versari oporteat circa ea, quae frequenter accidunt; profecto non tam nova Lege opus erit ad retinendos Clericos, & Presbyteros Saeculares, ne Religiones ingrediantur; quam necesse esset aliquod excogitare, quo magis intra Religiosa Claustra continerentur ii, qui Regularem vitam amplexi, & professi sunt. Vix enim credibile est, quam multi a Regularibus Ordinibus migrare variis artibus quotidie moliantur. Neque solum de Apostatis loquimur, quorum numerus in dies augetur; sed, si omnes, qui nullitatem Professionis suae iudicio experiri agrediuntur, illam apud Judices probarent; si omnes, qui Dignitates extra Religionem ambiunt, voti compotes fierent; si demum facilem apud Nos aditum invenirent eorum infantiae, qui e Claustris exire, & in habitu Presbyteri Saecularis, sub obedientia Episcoporum, & cum obligatione servandi Vota Religiosa, quatenus conciliari possunt cum statu Clerici Saecularis, in Saeculo manere velent; longè utique minor eorum foret numerus, qui Religionem professi, ad mortem usque in illa perseverarent.

Dum itaque, Dilecte Fili Noster, consiliis tuis, quae tum privatis Litteris, tum etiam Typis impressis, non minus docte, quam eloquenter proposuisti, obsecrandum Nobis esse non arbitramur; in eo tamen singularem existimationem, quam de Te merito fovemus, agnosces, quod Tibi causas, atque rationes, quibus ab his sequendis retrahimur, exponere non detrahevimus his Litteris Nostri; quibus etiam tibi, novum benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori die 14. Januarii MDCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Dar. Pont.  
An. VII. die  
14. Januarii  
1747.

XXVI.

De Clausura Monialium, & admissione Familiarum in Monasteria.

*Venerabili Fratri Josepho Mariae Episcopo Portugallensi.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Leges super Clausura a Pontifice late enunciantur.

PER binas alias nostras in simili forma Brevis literas, quarum una quidem data fuerunt die 1. mensis Junii anno MDCCXLI. incipientes: *Cum Sacrarum Virginum*; altera vero

die 3. mensis Januarii anno MDCCXLII. eidem incipientes: *Salutare in Catholica Ecclesia institutum*: ea opportuna adhibere curavimus Apostolica providentiae supremaeque auctoritatis nostrae remedia, quae ad instaurandam regularem quoad clausuram Monialium observantiam, a primava disciplina per Praedecessores nostros Romanos Pontifices, & Sacros Canones confirmata sensim dilabentem, satis esse in Domino duximus. Quoniam autem non sine gravissimo animi nostri angore accepimus novas artes, ac nova inventa, etsi antiqua sint, ac toties proscripita, sub variis exquisitisque causis, & rationibus in dies excogitari, quae non solum per praescriptas leges prohibentur, sed quamplurimis etiam inordinationibus, & offenculis aditum patefaciunt: Ac primum quidem eo pervenit famularum ad Monialium ministerium in Monasteria admittendarum abusus, ut indultum, quod ab Apostolica hac Sancta Sede sub tot salutaribus conditionibus concedi solet, etsi pro prima vice servatis iidem conditionibus executioni demandetur, deinceps tamen quoties admittam famulam, aut e Monasterio egredi, aut viam universae carnis ingredi contingat, toties, nulla indulti hujusmodi habita ratione, ad libitum Monialium, sine alia Antistiti Ordinariorum locorum, ad quos spectat, scientia & licentia, sed de Superiorum Regularium eorumdem Monasteriorum dumtaxat aliquando consensu, alia, atque alia in Monasterium inducantur famulae, de quarum moribus, fama, vitiis, ac virtutibus nulla praecesserit legitima cognitio; unde fit, ut sub Familiarum nomine ac praetextu, foeminae quaecumque in Clausuras, non sine Clausurae violatione admittantur: Illud praeterea in more positum esse dolentes audivimus, ostia nimirum Monasteriorum, quae semper clausa esse, nec nisi ad necessaria eorumdem Monasteriorum commoda recludi debent, ita assidue patefieri, ut Moniales, & quaecumque aliae in Monasteriis degentes Virgines in propatulo sedentes, sive stantes, cum quibusvis utriusque sexus hominibus illuc accedentibus indiscriminatum colloqui, & jocari etiam non erubescant, ut saepe quamlibet foeminam in quacumque aetate constitutam sive consanguineam, sive affinem, sive tamquam famulam cujuslibet earumdem Monialium in ipsam Clausuram accersant; & quamvis ipsae Moniales impellant, sponte tamen ingressam deinde asserant; nec Religionem ducant censuras, ac poenas canonicas, quibus eapropter obnoxiae sunt: Nos sane, qui pro imposta Nobis divinitus suprema Apostolicae servitutis procuratore saluberrime occurrere debemus hisce abusus, & inordinationibus, etsi abusus, & inordinationes hujusmodi in ista Fratemitatis Tuae Diocesi neque unquam irrepsisse, neque unquam irrepturos esse in Domino confidimus; Fratemitati tamen Tuae notum esse volumus, quod Nos non solum omnes, & singulas Constitutiones tam ab iisdem Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus, quam a Nobis ipsis super clausura Monialium editas, verum etiam omnia & singula decreta tam a Concilio Tridentino, quam a Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super eadem clausura, & admissione, & receptione Educandarum puellarum, & familiarum, sive quarumcumque foeminarum promulgata, quatenus opus sit, tenore praesentium auctoritate Apostolica confirmamus, & sub poenis etiam per easdem Constitutiones, & Decreta contra inobedientes inflictis, servari mandamus, ac praecipimus. Insuper tenore, & auctoritate paribus statuimus, ac declaramus; admissionem receptionemque quarumcumque foeminarum, sive puellarum educandarum, sive Familiarum in Monasteria, quacumque ex causa, sine legitima

Movi abusus ad eundem delati.

Apostolica & Conciliaria statuta innovantur.

Præscribitur ordo servandus pro ingressu Mulierum in Monasteria, sub poenis &c.

authen-

1747.

authenticaque jisdem Apostolica Sedis licentia toties, quoties opus fuerit, impetranda, & prævio examine super moribus, fama, habilitate, & necessitate ipsarum Educandarum puellarum, vel famularum, per Antifites locorum Ordinarios tantummodo, & non alios quoscumque Superiores toties itidem, quoties necessitas postulaverit, habendo, non obstante quacumque consuetudine etiam longi temporis, fieri non debere. Quod si secus factum, ac fieri in posterum contingat, statuimus pariter ac declaramus, tam Moniales, & quascumque in Monasteriis degentes, quæ feminas quascumque in eadem Monasteria quomodocumque admiserint receperintque, quam ipsas feminas admittas & receptas, canonicis censuris, & penis obstrictas esse, ac fore, a quibus eisdem Moniales, & feminas hujusmodi ejusdem tue Diocesis, si fortasse hac in parte deliquisse contigerit, de præterito tantum absolventi facultatem Fraternitati Tuæ, cum facultate etiam alios subdelegandi, tribuimus & impertimur. Cæterum Fraternitati Tuæ injungimus, ac præcipimus, ut omnium, & singularum ordinationum per laudatum Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones, & dictarum Congregationum decreta, super clausura Monialium, & delegata Antifitibus locorum Ordinariis Visitatione tam interna, quam externa præscriptarum memor, eisdem ordinationes sub penis desuper inflictis debita executioni mandare satagas & studeas, nec non mandari facias, cures, & adnitaris. Interim, ad prosperi successus auspiciam, Tibi, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Dat. Pont.  
An. VII. die  
24. Januarii  
1747.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori die 24. Jan. MDCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

XXVII.

De Ordinationibus Regularium.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

**I**MPOSITI Nobis licet immerentibus Apostolici Ministerii ratio postulat, ut ad tuendum Ecclesiastica disciplina vigorem, non modo novas interdum Leges providè constituamus; verùm etiam veteres a Prædecessoribus Nostri sapienter statutas, si quidem fallacium rationum præsidio debitis fraudentur effectibus, novis & inviolabilibus sanctionibus communiemus; si verò earum claritas pravis & captiosis interpretationibus involvi & obumbrari dignoscatur, easdem perspicuis apertisque declarationibus in propria luce collocemus.

Vetus controversia de Ordinatione Regularium.

Sanè quæ olim de Ordinationibus Regularium controversia viguit, an scilicet Regulares a quocumque Catholico Antifite indistinctè ordinari possent, an verò id juris privatè pertineret ad Episcopum illius Diocesis, intra quam sita est Religiosa Domus, quam Regularis ad Ordines promovendus inhabitat, providis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus & declarationibus jamdudum sublata fuit. In qua quidem controversia Episcopi Locorum Ordinarii jura sua fundantes in generalibus Canonum statutis, & in ipsis exemptionum privilegiis, quæ Regularibus indulta sunt, agebant, ipsorum Ordinationes, utpotè Diocesani Episcopi expressè reservatas, neque spectare posse ad Ordinarios eorum Originis, quam Regulares a se abdicant, dum sæculo nuntium remittunt; neque porro ad Or-

Rationes pro Episcopis Diocesaniis.

dinarios Beneficii, quoniam ipsi ad titulum Beneficii non promoventur; proindeque unice spectare ad Episcopos Ordinarios eorum Domicilii, nimirum illius Diocesis, ac Loci, in quo ipsi Ordinandi commorantur. Contra verò Regulares Apostolicis Privilegiis innixi, quæ certis Ordinibus recentius enlargita; ac deinceps per viam communicationis ad omnes extensa fuerant, licitum sibi esse contendebant Sacros Ordines a quocumque Catholico Antifite, juxta eorum Privilegiorum tenorem, pro arbitrio suscipere.

Verùm quum felices recordationis Prædecessor Noster Gregorius Papa XIII. per suam Apostolicam Constitutionem, quæ incipit *In tanta verum*, datam apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXIII. Kalendis Martii, justis gravibusque de causis, alteram Constitutionem sui nostrique pariter Prædecessoris S. Pii Papæ V., cujus initium est, *Etsi Mendicantium*, ad juris communis & Sacri Concilii Tridentini terminos reduxisset; eodem quoque anno in Causa Monachorum Ordinis Carthusiani Decretum edidit, quo ipsos ab Episcopis Diocesum, in quibus eorum Monasteria respectivè sita sunt, vel nonnisi de istorum licentia, ab aliis quibusque Episcopis ordinandos esse declaravit; quemadmodum legitur *Lib. I. Decretorum Congregationis Concilii pag. 75. a terg. Dub. An Nostri Ordinandi obligentur habere expressam licentiam Ordinarii, in ejus Diocesi sunt, pro Ordinibus conferendis ab Episcopo alterius Diocesis: Sanctissimus Dominus Noster, etiam ex sententia Sacre Congregationis Concilii, declaravit, obligari.*

Contigit autem, sub illius Successore Sixto Papa V. eandem quæstionem retractari, instante universo Ordine Fratrum Prædicatorum, Quæ de re idem Prædecessor, post maturum Cause totius examen in præfata Congregatione Concilii habitum, constituit, licere Superioribus Regularibus Literas Dimissoriales concedere suis respectivè Subditis, ad Ordines suscipiendos; sed eas tamen Diocesano dumtaxat Episcopo directas, nec alteri unquam, nisi quum forte is a Diocesi abfuerit, aut, quatenus in Diocesi extiterit, Clericorum tamen Ordinationem non sit habiturus. Ita relatum habetur *Lib. IV. prædicatorum Decretorum pag. 108. Sanctissimus Dominus Noster Xistus V., ex sententia Congregationis, respondit, Regulares posse concedere Dimissorias ad Episcopum Diocesannum, eoque absente, vel etiam præse, & Ordinationem non tenente, ad quemcumque; dummodo ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.*

Denum a sanctæ memoriæ Prædecessore quoque Nostro Clemente Papa VIII., ad hujusmodi controversias perpetuò extinguentes, sequens Decretum editum fuit: *De mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Divinâ Providentiâ Papæ VIII. tenore presentium mandatur omnibus & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacre Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, Superioribus Regularibus posse suo subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, Literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diocesannum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis postus fuerit, & si Diocesannus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diocesannus vel abfuerit, vel nullus*

esse

Item pro Regularibus.

Privilegia Regularium a Gregorio XIII. reducta ad terminos juris.

Decretum ejusdem de Ordinationibus.

Quod a Sixto V. confirmatur &amp; declaratur.

Tum etiam latius a Clemente VIII.

esset habiturus Ordinationes. Verum, cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diocesano absente, vel Ordinationes non habente, Literæ dimissoriae dantur, in eis utique hujusmodi causam absentia Diocesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. In quorum fidem &c. Datum Roma die 15. mensis Martii 1596.

Hoc emanato Pontificio Decreto, eoque tam claris verbis concepto, jure sperandum videbatur hujus generis lites non amplius auditum iri; sed contra accidit, dum ex una parte nonnulli Episcopi ultra montes constituti contendere cœperunt, necessarias esse Regularibus Dimissorias etiam Ordinariorum eorum Originis, quò possent ab Episcopis aliorum Locorum ad Sacros Ordines promoveri; ex altera verò Regulares, obtendentes, in præfato Clementis VIII. Decreto derogatum non fuisse Apostolicis Privilegiis, quæ eorum Ordinibus, sive directè, sive per communicationem indulta fuerant, ut scilicet a quocumque Catholico Antistite ordinari possent, hujusmodi Decreti vim & observantiam declinare se posse putarunt.

Verum, quod attinet ad Episcopos, ipsa Congregatio Concilii die 28. Februarii anni MDCLIV., ut notatum reperitur Libro XIX. ipsius Decretorum pag. 316. ita rescripsit: *Regulares volentes se promovere ad Ordines, non teneri ostendere Dimissorias Ordinariorum propriae Originis, sed sufficere ut observent formam præscriptam in Decreto san. mem. Clementis VIII.* Quod etiam amplissimè confirmatum fuit in alio Decreto edito die 17. Martii anni MDCLXXIV., Decretorum Libro XXVIII. pag. 261., & sequentibus.

Quod verò spectat ad Regulares; quum eorum præsumptum jus, una cum rationibus ab ipsis plenissimè deductis, in quadam Congregatione particulari nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium a felicis recordationis Prædecessore Nostro Innocentio Papa XIII. deputata, cui Nos in minoribus tunc existentes nostram qualemcumque operam, pro mandato Nobis Secretarii munere, contulimus, diligenter expensum, & examinatum fuisset; cumque ad hujusmodi questionem definiendam, id potissimum visum esset in jure statuendum, an ad effectum eximendi Regulares a præfati Decreti Clementini observantia, sufficeret, quod Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque, ipsis concessa fuissent post Concilium Tridentinum, a quo hujusmodi antiqua Privilegia abrogata fuisse satis constat; an verò oporteret eadem concessa fuisse post ipsum Clementis Prædecessoris Decretum: Ac præterea an hujusmodi Privilegia æquè suffragarentur iis, ad quos per viam communicationis extensa dicerentur; ac iis, quibus directè & expressè indulta fuerunt; Idem Innocentius Prædecessor, auditò præfata Congregationis particularis consilio, decrevit, satis esse, ad supraddictum effectum, quod hujusmodi Privilegia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, quamvis præfato Clementino Decreto posteriora non sint; dummodo tamen directè concessa fuisse constet, non verò in communicatione Privilegiorum de uno in alium Ordinem derivata asserantur; quemadmodum ipse Innocentius in suis Apostolicis Literis, incipientibus *Apostolici ministerii*, die 30. Maji anni MDCCXXIII. datis, ac deinde confirmatis a Sanctæ memoriæ Prædecessore pariter Nostro Benedicto Papa XIII. per alias similes Literas datas die 23. Septembris anni MDCCXXIV., quarum initium est *In supremo*, apertè declara-

vit, his verbis: *Quoties ergo Regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum a piæ memoriæ Clemente VIII. Prædecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1596., quo sancitur, ad Episcopum Diocesanum Literas Dimissorias pro eorundem Ordinum susceptione a suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu, quo Diocesanus a Diocesi abesset, vel Ordinationes non esset habiturus, quo etiam casu in Literis Dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi Diocesani absentia, vel de illa alia causa, videlicet quod Ordinationes non sit habiturus; exceptis tamen, quoad prædicta, Regularibus illis, quibus per speciale Privilegium a Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut a quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo indulto nihil per præsentem innovare intendimus.*

29. Nihil hoc loco cum iis infantibus nobiscum est, qui vel ad sacrum fontem ab iis feruntur, quibus id faciendi jus esse constat, vel qui juxta sacrarum legum vim, invitis licet, reluctantibusque parentibus, sunt baptizandi, ut ante demonstravimus; de his, inquam, infantibus nullus hic sermo est, quoniam patet, omnino esse ad sacrosanctum regenerationis lavacrum elevandos. Ad eos itaque spectat hic sermo noster, qui baptismum neque a parentibus, neque ab aliis qui jus in eos habeant, offeruntur, sed ab aliquo nullam habente auctoritatem. De iis præterea agitur, quorum casus non comprehenduntur sub ea dispositione, quæ finit baptismum conferri, etiamsi majorum consensus desit: hoc quidem in casu baptizari non debent, sed ad illos remitti, quorum in potestate ac fide sunt legitime constituti. Quod si jam sacramento initiati essent, aut detinendi sunt, aut ab Hebræis parentibus recuperandi, tradendique Christianifidelibus, ut ab illis piè, sanctèque informentur; hic enim Baptismi licet illiciti, tamen veri, validique, effectus est. Ex quibusdam paulo ante citatis resolutionibus hoc eruitur, quibus accedit Concilii Toletani quarti textus expositus in *Can. Judæor. dist. 26. quest. 1. Judæorum filios, vel filias, ne parentum ulro involvantur erroribus; ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut Monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub conversatione cultum Fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus, quam in Fide proficiant.* Si autem postquam adoleverint, suo ipsi infortunio Catholicam Fidem desererent, & Hebræorum ritibus adhererent, contra eosdem legibus utendum esset, ut contra Hæreticos, juxta Decretalem Bonifacii VIII. in *Cap. Contra, de Hæreticis, in sexto: Contra Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Judæorum, etiamsi hujusmodi redeuntes, dum erant infantes &c. baptizati fuerint, erit tanquam contra Hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Judæos convicti &c. procedendum.*

30. Dura nonnullis hæc sententia visa est, qui eandem ut minus asperam facerent, existimarunt fas esse, puerulos Judæis parentibus restituere, dummodo ipsi parentes cautione, aut fidejussione data, ingenue spondeant, ab se filios, vix ad convenientem ætatem pervenerint, Christianifidelibus restituendos, nec quidquam contra fidem Catholicam edocendos. Ita opinatus est Calderinus in *suo consil. 3. de Judæis, quem sequutus est Grassus in suis decis. cas. conscient. part. 2. lib. 2. c. 23. n. 23.* Verùm hæc Calderini sententia a cæteris omnibus erroris insinulata fuit, ut Afflic. *decis. 151. num. 13. Sperl. decis. 1. n. 42. Sella de Judæis cap. 55. & num. 64. Piton. Discept. Eccles. p. 4. discept. 146. dub. 3. & num. 33. Card. Albizi de Inconst. in Fide cap. 11. num. 33. Et verè scio in hac Sacra Congregatione, loquitur de Congregatione S. Officii, sententiam Calderini uti erroneam fuisse rejectam.*

V. Quomodo probetur Baptismum colatum fuisse Infanti.

31. In quibusdam præfatis resolutionibus innuitur, eum, qui Hebræorum filios sine parentum consensu Baptismo lustrare ausus fuerit, exceptis iis casibus, in quibus hoc liceat, eum, inquam, poena multandum esse; Baptismum autem unius testimonio comprobari. Ut primæ parti hujus nostræ instructionis extrema manus accedat, nihil aliud restat, quam prædictarum resolutionum judicium confirmare, & quidquid in iisdem continetur, nostrâ quoque

per esse battezzati, o si ha notizia d'essere già stati battezzati; e l'ultimo, in qual modo si provi, che il Battefimo sia loro stato conferito: dai quali ci spediremo brevemente.

29. Non si parla di quegli infanti, che sono offerti da chi ha il jus d'offerirli per essere battezzati; nè tampoco di quegli infanti Ebrei, che secondo la disposizione delle sacre Leggi debbono battezzare, ancorchè vi sia il dissenso de' loro genitori, come di sopra si è dimostrato: imperocchè in ciascuno dei detti casi, è cosa chiara, che debbono essere battezzati. Parlasi di quegli infanti Ebrei, che sono offerti al Battefimo non dal loro genitore, nè da altri, che abbia jus sopra di loro, ma da una persona terza, che non ha tal qualità; ed in oltre di quegli infanti, i casi de' quali non sono compresi sotto la disposizione, che permette di dar il Battefimo ai medesimi, benchè vi sia il dissenso de' loro maggiori; ed in tale stato delle cose non debbono essi essere battezzati, ma debbono esser rimandati a quelli, sotto la potestà de' quali sono legittimamente costituiti. Che se poi fossero stati battezzati, debbono essi o esser ritenuti, o esser recuperati dalle mani degli Ebrei, facendone la consegna ai Cristiani, acciò gli allevino cristianamente, e questo è l'effetto del Battefimo valido, benchè illecito. Ciò vien dedotto ed accennato in alcune risoluzioni pocanzi citate, alle quali può aggiungerli il testo del Concilio Tolerano quarto riferito nel *Can. Judæorum, alla dist. 26. quest. 1. Judæorum filios, vel filias, ne parentum ulro involvantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut Monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub conversatione cultum Fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus, quam in Fide proficiant; e se cresciuti per loro disgrazia abbandonassero la Fede Cristiana, e ritornassero all'Ebraismo, si dovrebbe procedere contra di loro, come contra gli Eretici, giusta la Decretale di Bonifazio VIII. nel *Cap. Contra, de Hæreticis, in sexto: Contra Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Judæorum, etiamsi hujusmodi redeuntes, dum erant infantes &c. baptizati fuerint, erit tanquam contra Hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos seu Judæos convicti &c. procedendum.**

30. Dura ad alcuni è sembrata la predetta asserzione; e per renderla più agevole, hanno pensato, che dandosi dai genitori Ebrei una sicurtà di restituire i figli, giunti che fossero ad un'età competente, obbligandogli alla Fede Cristiana, se gliene potrebbe fare la consegna. Così opinò il Calderino nel suo consiglio 3. de *Judæis*, a cui anche aderì il Grassi nelle sue *Decisioni de' casi di coscienza alla part. 2. lib. 2. c. 23. n. 23.* Ma l'opinione del Calderino è stata come erronea rigettata da tutti gli altri: Afflic. *decis. 151. num. 13. Sperl. decis. 1. num. 42. Sella de Judæis cap. 55. e specialmente al num. 64. Piton. Discept. Eccles. part. 4. discept. 146. dub. 3. e specialmente al num. 33. Cardinale Albizi de Inconstantia in Fide al cap. 11. num. 33. Et verè scio in hac Sacra Congregatione, parla della Congregazione del S. Officio di Roma, sententiam Calderini uti erroneam fuisse rejectam.*

31. In alcune risoluzioni pure di sopra riferite vien accennato, che chi ardisce di battezzare i figli degli Ebrei senza il consenso de' loro genitori, fuori di quei casi, ne' quali ciò è permesso, deve esser punito, e che il Battefimo si prova col testimonio d'un solo. Per compimento della prima parte di questa Istruzione altro non resta, che rimetterci alle predette risoluzioni, confermando, quanto in esse si contiene. Chi battezza si può credere, che lo faccia per buon

1747. Infanti Ebrei per esse battezzati, o si ha notizia esser già stati battezzati.

V. Come si provi esser stato l'Infante battezzato.

sententia stabilire. Baptizantis mentem esse sanctam, rectamque non dubitamus; modus autem omnino illicitus habendus est; & ea quicumque facit, quæ Ecclesia fieri vetat, pro Judicis prudentia multari debet, poena scilicet aut mitiori, vel severiori, juxta circumstantias. Additur etiam, qui infantes Hebræorum liberos baptizare solent, eos plerumque aut laicos, aut mulieres esse; quod neutris liceat, nisi necessitas interfuerit, ut videri potest in *Can. ad limina 30. quest. 2. in Can. Sanctum, in Can. in necessitate de Consecr. dist. 4. in Conc. Flor. Armen. instruct.* In casu autem necessitatis non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imo etiam Paganus, & Hæreticus baptizare potest. Hoc etiam in trigésimo octavo Concilii Illiberitani Canone statutum est, peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate. Et quamvis Petavius in not. ad Sanctum Epiph. pag. 341. miretur, Concilium, etiamsi necessitas interfuerit, bigamis, ne quemquam baptizent, interdicere; ergo ne a bigamis baptizari in tanta necessitate non licuit? Mendoza tamen, & Albaspinus ajunt, in Canone quemquam baptizari a bigamis interdici, cum plures adfint rei conficienda magis idonei, quod Catholicus Ethnicus, laicus autem non bigamus jure sit bigamo anteposendus. Jam vero baptismati comprobando unius sufficere testimonium, vetus Jurisperitorum axiomata est, ut videtur in Glossa Cap. Nuper, ad verbum; nisi juratus, de testibus & attestacionibus. Quandoque tamen bene creditur uni, quando non sit præjudicium alicui; puta utrum aliquis sit baptizatus, vel utrum esset Ecclesia consecrata, & ubi quis vult probare se egisse penitentiam per Confessorem suum. Et in *Can. Placuit, in verbo: testentur, de Consecr. dist. 4.* Creditur ergo testimonio unius in Baptismo, & in Consecratione Ecclesie. Hoc tamen intelligendum est, dummodo testi aut mari, aut femina, fides adhiberi prudenter possit, aut idem si testatur qui baptizavit; hic siquidem se ipsum asserens Baptismum Hebræo infantulo ministrasse, non rem modo ab se gestam, sed etiam poena dignissimam suo ipse testimonio confirmaret. In S. Spiritu Xenodochium, projectorum perfugium, feruntur non raro infantes chartam collo suspensam præferentes, in qua scriptum legitur jam Baptismum eidem collatum esse. Cum adhuc in minoribus a Secretis Sac. Congregationis Concilii munere fungebamur, Sancti Spiritus Parochus interrogavit, quid sibi agendum esset in hujusmodi casibus? Proposita questio fuit in Congregatione die 18. Decembris 1723., ut declarat *Theaurus resolut. tom. 2. pag. 412. die autem 15. Januarii 1724.* ita rescriptum fuit: Si non lateret, qui chartulam scripserat, eidemque fides tuto præstari posset, tunc infantem ut baptizatum habendum esse, ac ne Baptismo quidem initiandum sub conditione, ut aperte liquet in tom. 3. præfati *Theauri pag. 2.*

SECUNDA  
PARTE.

De Baptismo  
Judæorum  
adultorum.

Quando  
adultus dici  
possit.

32. Hæc sunt, quæ breviter exponenda censuimus quoad primam partem ad Hebræorum infantes unicè pertinentem. Itaque ad secundam descendimus, sermonem de Hebræis adultis, ac ratione pollutibus habituri. Atque ut ordine utamur, & claritate, differemus primo de iis, qui ultro Baptismum petunt, tum de iis, qui jam baptizati ad Ecclesiam se conferunt. Verum in primis constituendum est, quamnam plerumque ætas sit, in qua Hebræus sponte Baptismum expetens, non infans, sed sui compos censendus est, & quodammodo adultus, arque hæc quidem in re duos Jurisperitos, licet haud indoctos, cavere necesse est; Nattam scilicet in *consil. 454. lib. 2. & Burfat. in consil. 231. lib. 3.* quibus in casu, de quo agitur, necessaria videtur duodecim anno-

fine, ma il modo è illecito: e facendo quello, che la Chiesa non vuole che faccia, deve essere severamente punito con una pena arbitraria al Giudice, che dovrà o accrescerla, o sminuirle, secondo le circostanze. Si aggiunge, che chi per lo più battezza i predetti infanti Ebrei, è un laico, o pure una donna, il che nè all'uno nè all'altra è permesso, se non in caso di necessità, come può vederli nel *Can. Ad limina 30. quest. 2. nel Can. Sanctum, nel Can. In necessitate, de Consecratione alla dist. 4.* nell'Istruzione degli Armeni del Concilio Fiorentino: *In casu autem necessitatis non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, immo etiam Paganus, & Hæreticus baptizare potest.* Ciò pure fu anche stabilito nel *Can. 38.* del Concilio Illiberitano: *Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate.* E benchè il Petavio nelle sue Note ad Epifanio alla pag. 341. si maravigli, come dal Concilio in caso di necessità sia il laico bigamo escluso dal battezzare: *Ergo ne a bigamis baptizari in tanta necessitate non licuit?* Osservano però il Mendoza e l'Albaspinco, doverli intendere, che il Canone parla del caso, in cui vi siano più persone, che possano battezzare; dandosi la precedenza al battezzato sopra il pagano, ed al laico, che non è bigamo, sopra il laico, che è bigamo. E quanto alla prova del Battefimo, che basti un solo testimonio, è antico assioma de' Giuristi, come può vederli nella Chiosa nel *Cap. Nuper, nella parola nisi juratus, de testibus & attestacionibus: Quandoque tamen bene creditur uni, quando non sit præjudicium alicui; puta utrum aliquis sit baptizatus, vel utrum esset Ecclesia consecrata; & ubi quis vult probare se egisse penitentiam per Confessorem suum: e nel Can. Placuit, nella parola testentur, de Consecratione, alla dist. 4.* Creditur ergo testimonio unius in Baptismo, & in Consecratione Ecclesie: il che però deve intendersi, quando il testimonio, o maschio, o femina che sia, sia persona, che meriti credenza, o pure fosse quella stessa, che ha battezzato; imperocchè attestando questi d'aver battezzato l'infante Ebreo, non solo farebbe una testimonianza d'un fatto proprio, ma ancora d'un fatto, per cui deve esser punito. Si portano alle volte allo spedale de' progetti in S. Spirito alcuni infanti con una carta al collo, in cui si dice, che sono stati battezzati. Nel tempo, che in minoribus eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, il Parroco di S. Spirito interrogò, come doveva regolarsi in queste contingenze. Fu proposto il quesito nella Congregazione del 18. di Dicembre 1723. come può vederli nel tom. 2. del Tesoro delle Risoluzioni alla pag. 412. e nel giorno 15. di Gennaio 1724. fu risoluto, che, quando si sapeva chi avea scritta la polizza, e ch'era persona degna di fede, si avesse l'infante per battezzato, e nemmeno se gli desse il Battefimo sub conditione, come può vederli nel tom. 3. del citato Tesoro alla pag. 2.

32. Ecco quanto abbiamo creduto di accennare in ordine alla prima parte di questa Istruzione, che è ristretta agl' infanti Ebrei. Ora succede la seconda, che appartiene agl' Ebrei adulti, cioè che hanno l'uso della ragione. Ed anche in questi desiderando di camminare con chiarezza e distinzione, tratterassi in primo luogo di quelli, che chiedono d'essere battezzati; ed in secondo luogo di quelli, che compariscono dopo essere già stati battezzati. Ma prima d'ogni altra cosa è d'uopo stabilire, quale per l'ordinario sia quell'età; in cui dee supporre che l'Ebreo, che chiede il Battefimo, non sia infante, ma capace di ragione, ed in una tal quale maniera adulto: nel che fa di mestiere l'avvertire, doverli guardare da due per altro

SECUNDA  
PARTE.

Del Battefimo  
dei Giudei  
adulti.

Quando  
possi dicitur  
adulto.

1747.

rum atas; id autem perperam quibusdam decretis probant aequè antiquis, ac antiquatis. Hac in re consulendus est sedulius, accuratusque Præful Sperellus in sua decis. 1. num. 32. & duobus seqq., ubi probat rationis usum ab anno septimo completo inchoari; idemque confirmaturus, præclara quadam in unum collegit Cardinalis Albizi de inconst. in Fide cap. 11. num. 39. Ricciul. in tract. de Personis extra gremium Ecclesie lib. 2. cap. 33. num. 3. Zafius in tract. de Judæis quest. 2. Clericat. de Jurisd. c. Discord. 18. num. 25. Sessa de Judæis cit. cap. 43., quibus addimus Congregationis Concilii resolutionem, quæ extat lib. 16. Decretorum pag. 233. a tergo in quadam causa Vilnæ: Die 16. Julii 1639. Sacra Congregatio Concilii respondit filios Judæorum non esse invitis parentibus baptizandos, donec perveniant ad ætatem legitimam; & tunc, si ipsi consentiant: Ætatem verò legitimam regulariter censeri completo septennio. Animadvertere opus est illud regulariter, nam indicat oportere Præsidentem Ecclesiasticum etiam atque etiam considerare, quisnam sit Baptismi petitor, cum possit contingere, ut is etiam non completo septennio sufficienti sit præditus ratione; ideoque baptizandus, invitis licet reluctantibusque parentibus, ut sapienter dixerit Sotus in 4. sententiar. dist. 5. quest. unic. art. 10. dubb. 2. Certissima regula est, quod si citra illam ætatem certo constat, puerum Fidei Catechismis instructum satis intelligere, quidnam sit baptizari, & quemadmodum sit, professio Christianæ legis, baptizandus est, quoniam atas ad contrahendum matrimonium lege humana statuitur; Lex autem divina Baptismi nequam ab humana dependet.

33. Si vero de perfecto rationis usu dubitetur, & Baptismum implorantis capacitas anceps, ac incerta esset, cavendum est ab eorum sententia, qui juxta tritum illud axioma, in dubio nimirum semper possidentis conditionem meliorem esse, contendunt, petentem Baptismum ad Hebræos, & ad patrem potissimum, si supersit, necessariò remittendum. Cavendum est, inquam, ne quis arbitretur sententiam ejusmodi approbandam, & axioma, cujus dumtaxat est ratio habenda in causa æquali: nulla verò æqualitas intercedit Hebræos inter, atque Christianifideles; ac multo minus inter patrem, & filium; quum alter patriæ potestatis iacturam ad breve tempus, damnum nempe levissimum evitaret; ærumna alter gravissima provideret, hoc est mortem fugeret sempiternam, cujus periculum certè subiret, regressus ad Infidelium curam, ac sub patriam potestatem. Quare in supradictis casibus sacramentum est differendum, sed hoc qui postulat retinendus, ac sic interea informandus, ut idoneus evadat baptisnati postmodum suscipiendo.

34. Suarez in 3. par. S. Thome tom. 3. quest. 68. art. 10. disp. 25. sect. 3. ad fin. sic scribit: Ad cognoscendum autem, an pervenerit parvulus ad eum statum, & facultatem usus rationis, utendum est signis, & conjecturis ex experientia desumptis, & hominis prudentis arbitrio iudicium ferendum est. Quod si signa non fuerint satis evidentia, tamen rem faciant dubiam, & aliquo modo probabilem, si necessitas non urgeat, expectari potest & debet commodior occasio, & major cognitio. Magni hujus Theologi auctoritas quidquid supra diximus mirificè probat, Baptismum nempe, donec dubio locus fuerit, protrahendum: adultum verò id temporis a Christianidelibus detinendum procul a Genitoribus, ex his, quæ subjungimus apertè patet. Cardinalis de

buoni Giuristi, cioè dal Natta nel consiglio 454. al lib. 2. e dal Bursato nel consiglio 231. al lib. 3. che ne termini, ne quali siamo, richiedono l'età di dodici anni; appoggiandosi a certi insufficienti antichi decreti. Sul che può vederfi il diligente Monsignore Sperello nella sua decis. 1. al n. 32. e due seguenti, che comprova, incominciare l'uso della ragione, compito il settimo anno dell'età: pel quale assunto molte altre belle cose sono radunate dal Cardinale Albizi de inconstantia in Fide al cap. 11. n. 39. dal Ricciul. nel Trattato de Personis extra gremium Ecclesie al lib. 2. cap. 33. n. 3. dal Zafio nel Trattato de Judæis alla quest. 2. dal Clericato de Jurisdictione alla discordia 18. n. 25. dal Sessa de Judæis al cit. cap. 43. alle quali da Noi aggiungerassi una puntuale risoluzione della Congregazione del Concilio, che è nel lib. 16. de' Decreti alla pag. 233. a tergo in una certa causa di Vilna: Die 16. Julii 1639. Sacra Congregatio Concilii respondit filios Judæorum non esse invitis parentibus baptizandos; donec perveniant ad ætatem legitimam; & tunc, si ipsi consentiant: Ætatem verò legitimam regulariter censeri completo septennio. Si osservi la parola regulariter, che dà a dividere, esser d'uopo, che il Superiore Ecclesiastico apra gli occhi, esamini ben bene chi chiede il Battesimo; potendosi dare il caso, che avanti ancora il compimento dell'anno settimo sia il predetto dotato di sufficiente uso di ragione: nel qual caso dovrebbe battezzarsi, non ostante il dissenso de' genitori, come in questi termini ben discorre il Soto nel 4. delle sentenze alla dist. 5. quest. unic. art. 10. dubb. 2. Certissima regula est, quod si citra illam ætatem certo constat, puerum Fidei Catechismis instructum satis intelligere, quidnam sit baptizari, & quemadmodum sit professio Christianæ legis, baptizandus est; quoniam atas ad contrahendum Matrimonium lege humana statuitur; Lex autem Divina Baptismi nequam ab humana dependet.

33. Che se poi restasse qualche dubbio circa il perfetto uso della ragione, e circa la capacità di quello, che domanda il Battesimo, avvertasi a non far capitale della massima di tal uno, che appoggiandosi all'assioma legale, essere in dubbio sempre migliore la condizione di chi possiede, vuole, che nel detto dubbio il battezzando si rimandi agli Ebrei, e molto più al padre, se mai avesse padre; imperocchè la massima legale ha il suo vigore in causa eguale: nè può dirsi eguale la causa degli Ebrei e de' Cristiani, e nemmeno del padre, e del figlio; trattando il padre di sfuggire un lieve danno, che è quello della patria potestà, per poco tempo; e trattando il figlio d'un gravissimo danno, cioè dell'eterna dannazione, al pericolo della quale resterebbe esposto, se ritornasse a vivere fra gl'Infedeli, o sotto la cura paterna: per lo che nelle sopraddette circostanze dee ritenersi chi ha domandato d'esser Cristiano, e dee differirsi il Battesimo; ed in questo mentre si deve istruire, ed usare ogni diligenza, acciò apprenda, e diventi capace, per essere poi a tempo e luogo battezzato.

34. Il Suarez sopra la 3. par. di San Tommaso al tom. 3. quest. 68. art. 10. disput. 25. sez. 3. verso il fine, così scrive: Ad cognoscendum autem, an pervenerit parvulus ad eum statum, & facultatem usus rationis, utendum est signis, & conjecturis ex experientia desumptis; & hominis prudentis arbitrio iudicium ferendum est. Quod si signa non fuerint satis evidentia, tamen rem faciant dubiam, & aliquo modo probabilem, si necessitas non urgeat, expectari potest & debet commodior occasio, & major cognitio. L'autorità di questo grave Teologo comprova quanto poc'anzi si è detto, doverfi, stante il dubbio, differire il Battesimo: ed il doverfi in questo mentre ritenere l'adulto sotto la cura de' Cristiani, e non restituirsì ai genitori, si desume da quanto or



de Lugo lib. 5. *respons. moral. ad dub. 4. hoc Roma accidisse narrat atate sua: Contigit Roma, ut parvula quaedam puella casu inveniretur longè ab Hebraeorum domibus, qua interrogata de suis Parentibus, respondit, se parentes habere Hebraeos, & velle fieri Christianam. Conducta ergo ad Catechumenorum domum, parens petiit, filiam sibi restitui, qua adhuc sui juris non erat, nec rationis compos ad deliberandum de Religione. Consilium expectatum est sapientissimi Cardinalis, qui postquam diligenter puellam examinasset, dubitavit, an perfectò rationis usu præditam judicaret: Consultus ergo tunc fui, & examinavi puellam, nec perfectum rationis usum affirmare potui, nec etiam sufficientem negare, sed mansi dubius. Cum puella septennium adhuc non complevisset, dubitaretque Cardinalis de perfectò rationis usu, Baptismum protrahendum esse respondit, & puellam interea apud Catechumenos detinendam: Ego, quoniam puella illa septennium non compleverat, & de sufficienti rationis usu dubitabatur, dixi, Baptismum quidem suspendendum esse, donec cum pleno rationis usu certò constare posset de sufficienti ejus voluntate; interim tamen non debere, nec posse restitui, sed custodia causa retinendam in eadem Catechumenorum domo. Atque ita gestum est, ac puella deinceps, nova adhibita diligentia, baptizata fuit, ut videtur in fine prædicti Dubii IV. Non erat controversa, an puella baptizanda esset, sed an Patri reddenda, in dubio de usu rationis sufficienti; in quo dubio de facto reddita non fuit; sed in loco tuto deposita, donec suo tempore, & explorata jam ejus voluntate, cum certissimo rationis usu, baptizata fuit.*

35. Species facti, quam modo exposuimus, de puella est, qua septennium nondum compleverat; si autem illud superasset, & non constaret de perfectò rationis usu, non ideo Hebraeis Parentibus reddenda esset, sed Christianorum cura mandanda. Etenim idem argumentum & ad puellam detinendam, & ad Baptismum protrahendum in utroque casu valeat necesse est, auctore Sessa de *Jud. cap. 54. num. 8. & seq.* Ego verò adhaerendum puto sententia Henriquez, ut baptizari in dubio usus rationis non debeat, sive septennium compleverit, sive non &c. modo non urgeat periculum mortis &c. Erit tamen eo casu a Parentibus segregandus, & in domo Catechumenorum, vel penes honestam mulierem collocandus, ad vitandum periculum, ne a Parentibus subvertatur, Et ante Sessam id docuerat Sotus loco cit. Quid verò quando res esset aliquo modo dubia, nempe si bona essent conjectura, & indicia, puerum annum agentem octavum intelligere quid vellet profiteri, Baptismumque peteret? esset baptizandus, ac subinde ab eorum educatione subtrahendus.

De iis adultis, qui Baptismum petierunt.

36. Tempore constituto, in quo Hebraeus rationis compos prudenter censendus est, statuto etiam quid sit agendum, cum Baptismi petitor, an sit idoneus, dubitatur; de iis jam differemus, qui aut ab adolescentia, aut atate etiam maturiori Baptismum postulant. Quoad hanc atatem, Parentum consensum necessarium omnino non esse, auctor est Sanctus Thomas in *præfat. loc. cit. id est in 2. 2. quæst. 10. art. 12.* quo in loco disputans de Baptismo Filiorum Hebraeorum, dissentientibus Parentibus, sic scribit: *Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, jam incipit esse suus, & potest quantum ad ea, que sunt juris Divini, vel naturalis, sibi ipsi providere; & tunc est inducendus ad Fidem, non coactione, sed persuasione, & potest etiam invitis Parentibus consentire Fidei, & baptizari, non autem, antequam habeat usum rationis. Eadem verò repetit in 3. part. quæst. 68. art. 10. Respondeo*

ora foggigneremo. Nel tempo del Cardinal de Lugo, come esso racconta nel lib. 5. de *Responsi Morali ad dubb. 4.*, accadde il caso seguente qui in Roma: *Contigit Roma, ut parvula quaedam puella casu inveniretur longè ab Hebraeorum domibus, que interrogata de suis parentibus, respondit, se parentes habere Hebraeos, & velle fieri Christianam. Conducta ergo ad Catechumenorum domum, parens petiit, filiam sibi restitui, qua adhuc sui juris non erat, nec rationis compos ad deliberandum de Religione. Fu consultato il predetto dotto Cardinale, e restò in dubbio, se la ragazza avesse, dopo averla esaminata, il perfetto uso della ragione: Consultus ergo tunc fui, & examinavi puellam; nec perfectum rationis usum affirmare potui, nec etiam sufficientem negare, sed mansi dubius. Non avendo la ragazza pur anche compito il settennio, ed essendo dubbio il perfetto uso della ragione, rispose, che si differisse il Battesimo, e che in questo mentre la ragazza restasse nella casa de' Catecumeni: Ego, quoniam puella illa septennium non compleverat, & de sufficienti rationis usu dubitabatur, dixi, Baptismum quidem suspendendum esse, donec cum pleno rationis usu certò constare posset de sufficienti ejus voluntate; interim tamen non debere, nec posse restitui, sed custodia causa retinendam in eadem Catechumenorum domo. E così fu fatto; e la ragazza, dopo fatte le nuove diligenze, fu battezzata, come si vede nel fine del detto dubbio 4. Non erat controversa, an puella baptizanda esset, sed an patri reddenda, in dubio de usu rationis sufficiente: in quo dubio de facto reddita non fuit; sed in loco tuto deposita, donec suo tempore, & explorata jam ejus voluntate, cum certissimo rationis usu, baptizata fuit.*

35. Il caso proposto è d'una ragazza, che non aveva per anche compito l'anno settime: ma quando anche l'avesse oltrepassato, e vi fosse stato il dubbio della sufficiente capacità, non per questo si farebbe potuto, o si potrebbe pretendere, che dovesse rimandarsi, e non restare sotto la cura de' Cristiani; militando per la ritenzione della persona, e dilazione del Battesimo nell'uno, e nell'altro caso la stessa ragione, come ben riflette il Sessa de *Judaïs al cap. 54. num. 8. & seq.* Ego verò adhaerendum puto sententia Henriquez, ut baptizari in dubio usus rationis non debeat, sive septennium compleverit, sive non &c. modo non urgeat periculum mortis &c. Erit tamen eo casu a parentibus segregandus, & in domo Catechumenorum, vel penes honestam mulierem collocandus, ad vitandum periculum ne a parentibus subvertatur: e prima di lui aveva insegnato il Soto nel luogo citato: *Quid verò, quando res esset aliquo modo dubia, nempe si bone essent conjectura & indicia, puerum annum agentem octavum intelligere quid vellet profiteri, Baptismumque peteret? esset baptizandus, ac subinde ab eorum educatione subtrahendus.*

36. Fissato il tempo, in cui regolarmente può dirsi, che l'Ebreo abbia l'uso della ragione per l'effetto, di cui si tratta, e stabilito altresì quanto dee farsi, allora che si sta in dubbio, se chi domanda il Battesimo, abbia la sufficiente capacità; entreremo nella materia di quelli, che, trapassata l'età infantile, o in età giovanile, o anche più avanzata, domandano d'essere battezzati: in ordine ai quali, ancorchè avessero padre, cosa certa si è, che il di lui consenso non è in verun modo necessario. Così insegna San Tommaso ne' luoghi sopraccitati, cioè nella 2. 2. alla quæst. 10. art. 12. ove dicorrendo del Battesimo de' figli Ebrei contra il consenso del Padre, così scrive: *Postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, jam incipit esse suus, & potest quantum ad ea, que sunt juris Divini, vel naturalis, sibi ipsi providere: & tunc est inducendus ad Fidem, non coactione, sed persuasione,*

Di quelli adulti, che chiedono il Battesimo.

dicendum, quod pueri infidelium filii aut habent usum rationis, aut non habent. Si autem habent, jam quantum ad ea, quae sunt juris Divini, vel naturalis, incipiunt suae potestatis esse; & ideo propria voluntate, invitatis Parentibus, possunt Baptismum suscipere, sicut & matrimonium contrahere; & ideo tales licite moneri possunt, & induci ad suscipiendum Baptismum. Quae quidem cum iis conveniunt, quae scripta reliquit idem Doctor Angelicus in quolibet. 2. art. 7.

37. S. Thomae doctrina de modo, quo Hebraei jam rationis compotes ad fidem Catholicam amplectendam inducendi sunt, omnino congruit cum Sancti Gregorii sententia in *Can. qui sincera*, dist. 45. cujus haec sunt verba: *Qui sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt reducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere. Accedit Concilii Toletani IV. auctoritas in *Can. de Judaeis* dist. 45. De Judaeis autem praecipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. Cui enim vult Deus, miseretur; & quem vult, indurat. Non enim tales invitati salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiae. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic, vocante se gratia Dei, propria mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Idem sentit Clemens III. in sua Decretali, cujus hoc est exordium: *Sicut Judaei sub tit. de Jud. & Saracen. Statuimus, ut nullus invitatus, vel nolentes Judaeos ad Baptismum venire compellat: Si quis autem ad Christianos causa fidei confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur, quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptismum non spontaneus, sed invitatus cogitur pervenire.**

38. Nec plane obest huic sententiae auctoritas Adriani Pontificis, qui Baptismum a Carolo Magno Saxonibus vi conlatum, ut fertur, comprobavit, cum infidelium ratio aequae ac Hebraeorum habenda sit, juxta S. Thomae sententiam in 2. 2. quaest. 10. art. 8. ubi sic scribit: *Infideles quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, sicut Gentiles, & Judaei, & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi, ut ipsi credant &c. alii vero sunt Infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut Haeretici, & quicumque Apostatae; & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant, quod promiserunt, & teneant, quod semel susceperunt. Nullius quoque momenti sunt, quae gesta fuerunt a Sisebuto Hispaniarum Rege, quem Concilium IV. Toletanum cap. *Majores, de Baptismo*, Principem Religiosissimum compellavit, propterea quod vi, ac minis Hebraeos ad Baptismum impulerit, cujus vestigiis insisterunt Rex Aegae, Ferdinandus, atque Isabella, ut videre licet in Mariana novissima editionis ann. 1733. tom. 1. pag. 202. & in tom. 3. pag. 184. & 211.*

39. Placet hic vero nonnulla breviter adnotare; ac primo, Pontifex Adrianus gratulatus est quidem Carolo Magno, quod Saxones jusserit ad Baptismum accedere; in ejus tamen epistola typis impressa in tom. 2. *Concil. antiqu. Gallie* pag. 112., quod unum extat facti ejusmodi

& potest etiam invitatis parentibus consentire Fidei, & baptizari; non autem, antequam habeat usum rationis. Ripete lo stesso nella 3. part. alla quest. 68. art. 10. Rispondo dicendum, quod pueri infidelium filii aut habent usum rationis, aut non habent. Si autem habent, jam quantum ad ea, quae sunt Juris Divini, vel naturalis, incipiunt suae potestatis esse; & ideo propria voluntate, invitatis parentibus, possunt Baptismum suscipere, sicut & Matrimonium contrahere; & ideo tales licite moneri possunt, & induci ad suscipiendum Baptismum. E concorda quanto lo stesso Santo Dottore lasciò scritto nel quolibet. 2. all'art. 7.

37. La dottrina di S. Tommaso circa il modo d'indurre gli Ebrei già capaci dell'uso di ragione ad abbracciare la Fede Cristiana, è in tutto, è per tutto conforme alla massima di San Gregorio nel *Can. Qui sincera*, alla dist. 45. ed eccone le parole: *Qui sincerà intentione extraneos a Christiana Religione ad Fidem cupiunt reducere, blandimentis, non asperitatibus, debent studere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere; ed a quella del Concilio Toletano quarto riferita nel *Can. de Judaeis*, alla stessa dist. 45. De Judaeis autem praecipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. Cui enim vult Deus, miseretur; & quem vult, indurat. Non enim tales invitati salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiae. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic, vocante se gratia Dei, propria mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo, non vi, sed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. E concorda Clemente III. nella sua Decretale, che incomincia: *Sicut Judaei*, sotto il tit. de *Judaeis*, & *Saracenis*: Statuimus, ut nullus invitatus, vel nolentes Judaeos ad Baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianos causa fidei confugerit, postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur: quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptismum, non spontaneus, sed invitatus cogitur pervenire.*

38. E benchè da tal uno contra questo ben assicurato sistema si porti il fatto del Pontefice Adriano, che dicessi aver approvato il Battesimo, che Carlo Magno fece dare per forza ai Sassoni, i quali, come Paganì, debbono valutarli del paro con gli Ebrei, anche secondo la dottrina di S. Tommaso nella 2. 2. alla quest. 10. art. 8. ove così scrive: *Infideles quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, sicut Gentiles & Judaei; & tales nullo modo sunt ad fidem compellendi, ut ipsi credant &c. alii vero sunt Infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut Haeretici, & quicumque Apostatae; & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant, quod promiserunt, & teneant, quod semel susceperunt: si porti ancora il fatto di Sisebuto Re di Spagna, che nel Concilio quarto di Toledo, e nel cap. *Majores, de Baptismo*, vien chiamato col titolo di Principe religiosissimo, e che colle minacce indusse gli Ebrei a battezzarsi, al di cui esempio anche si conformarono il Re Aegae, Ferdinando, ed Isabella, come può vederli nel Mariana dell'ultima stampa del 1733. nel tom. 1. alla pag. 202. e nel tom. 3. alla pag. 184. & alla pag. 211.*

39. Sia però lecito notare qui di passaggio, primo, che il Pontefice Adriano si rallegrò con Carlo Magno, che avesse fatto battezzare i Sassoni, senza però, che nella di lui lettera stampata nel tom. 2. de' *Concilj antichi della Francia* alla pag. 112. e che è l'unico monumento del fatto,

montumentum, in ejus, inquam, epistola ne leviter quidem commemoratur modus, quo fuerant Saxones baptizati; deinde, iidem Saxones fidem Imperatori dederant, sua se sponte ad Baptismum venturos, quum armis superati, & praelio victi se Carolo tradiderunt: *Sponderunt se esse Christianos, & se sub ditione Domni Caroli Regis, & Francorum subdiderunt*: ut narrat Annalium scriptor Loiffelianus tom. 6. *Annal. Ecclesiastic. Gallie Patris le Coigne pag. 110.* Tertio, Rex Sisebutus non ubique fuit, neque ab omnibus commendatus; quapropter Rex Sisenandus imperavit, ut nulla vis in posterum adhiberetur, quod Mariana testatur tom. 1. pag. 207. *Judaos amplius ad Religionis Christiana professionem cogere nefas esto.* Quarto, Religiosissimi nomen Sisebutus, non scientiae merito, sed pietatis causa, est consequutus, propter zelum, quem habebat, licet is non esset secundum scientiam, ut notat Silvius in 2. 2. S. Thome quest. 10. art. 8. concl. 4. §. *Ad hoc tamen.* Quinto in Hispania per eam aetatem Ecclesiastica disciplina nimis remissa erat; ideoque Episcopi non auri sunt Regum voluntati adversari, uti animadvertit Natalis Alexander in sua *Theologia dogmatica, & morali, de Sacr. Bapt. lib. 2. cap. 7. propos. 7. ad fin.* *Mores illos in Hispaniarum Ecclesiis viguisse negari non potest, Episcopis Ecclesiasticam disciplinam ad nutum Regum suorum stetitibus; sed saniores fuisse, ut & antiquiorem, disciplinam de Judaes ad fidem Christianam per Baptismum non cogendis, perpicuum est.* Demum Principum gesta legem praescribere privatis nequeunt, cum fas sit Regibus Infideles devictos, captivosque suos vi ad Baptismum impellere, edicto-que sancire, ut illud accipere si recusent, a Regno eliminentur; id autem Regibus licet non sine causa: metuunt enim, ne ipsi aliquando ad rebellionem deficiant, aut alios ad infidelitatem perducere moliantur. Quamobrem S. Augustinus in epistola ad Vincentium, quae nunc XCIII. est, olim XLVIII. postquam suam sententiam semper fuisse ait: *Neminem ad unitatem Christi esse cogendum; hoc ad rem nostram addit: Legum terror, quibus promulgandis Reges servant Divino in timore, ita profuit, ut nunc alii dicant. . . . gratias Domino, qui vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vinculum transtulit.*

40. Hebraeis igitur, ut Baptismum accipiant, vim facere nefas est; quare si quis Hebraeorum, expleto jam septennio, Catholicam Religionem amplecti cupiat, aut si non dubia, sed certa significatio detur, Hebraeorum aliquem praedictae aetatis Baptismum petere, in hoc casu tum Index, qui hoc admonet, est retinendus, tum Sacramenti petitor ex Hebraeorum vico evocandus, Christianisque tradendus est, ut interrogetur, qua potissimum de causa velit ab Hebraeorum institutionibus ad Christi cultum accedere; diligenter demum instrui debet, ut paulo post edocebitur. Hac autem adhibita diligentia, si forte incapax inveniretur, iterum absque dubio Judaeis tradendus esset. *Et meminimus, verba sunt Cardinalis Albizi de inconst. in fid. cap. 11. sub n. 38. A Congregatione Consultorum Sancti Officii revocatum fuisse ad examen puerum quemdam Hebraeorum, qui supponebatur petiisse Baptismum, & ad domum Catechumenorum redactus fuerat; qui tamen adeo hebetis ingenii visus fuit, ut, etiamsi explevisset septennium, nihilominus Patri Hebraeo restitutus fuit.*

41. Si contingat, ut Hebraeorum aliquis aetate adultus Baptismum cupiat; is quidem est retinendus, aut e vico evocandus, dum ejus optimam voluntatem quispiam fide dignus attestatur. Magna hic vero diligentia opus est, experientia edocente, Hebraeos seu mulieres, seu

si facia minima menzione del modo, con cui erano stati battezzati; secondo, che i Sassoni avevano promesso di ricevere il Battefimo, allora che furono soggiogati da Carlo Magno: *Sponderunt se esse Christianos, & se sub ditione Domni Caroli Regis, & Francorum subdiderunt*, come racconta l'Annalista Loiffeliano nel tom. 6. degli *Annali Ecclesiastici di Francia del P. le Coigne alla pag. 110.* terzo, che il fatto del Re Sisebuto non fu in tutto e per tutto approvato; per lo che il Rè Sisenando ordinò, che in avvenire non si facessero simili violenze, come attesta lo stesso Mariana nel tom. 1. alla pag. 207. *Judaos amplius ad Religionis Christiana professionem cogere nefas esto*; quarto, darli il nome di religiosissimo al Re Sisebuto, propter zelum, quem habebat, licet is non esset secundum scientiam, come dice il Silvio nella 2. 2. di S. Tommaso alla quest. 10. art. 8. conclus. 4. §. *Ad hoc tamen*; quinto, essersi nella Spagna in que' tempi rilassata la disciplina, non avendo avuto i Vescovi il coraggio d'opporli alla volontà dei Re, come soggiugne Natale Alessandro nella sua *Theologia dogmatica, e morale, de Sacramento Baptismi ad lib. 2. cap. 7. proposiz. 7. nel fine*: *Mores illos in Hispaniarum Ecclesiis viguisse, negari non potest, Episcopis Ecclesiasticam disciplinam ad nutum Regum suorum stetitibus; sed, saniores fuisse, ut & antiquiorem, disciplinam de Judaes ad fidem Christianam per Baptismum non cogendis, perpicuum est*; in ultimo, non potere i fatti de' Principi dar norma ai fatti de' privati, potendo i Principi sforzare gl'Infedeli debellati, e fatti loro schiavi in guerra, a ricevere il Battefimo, e potendo con pubblici Editti intimare ad essi il partire da' loro Regni, se non ricevono il Battefimo; o pel timore, che una volta possano eccitare una ribellione, o pure che possano tentare di pervertire gli altri; per lo che S. Agostino nella lettera a Vincenzo, che oggi è la 93., ed una volta era la 48., dopo aver detto, che il suo parere era sempre stato, *neminem ad unitatem Christi esse cogendum*; così al nostro proposito soggiugne: *Legum terror, quibus promulgandis Reges servant Divino in timore, ita profuit, ut nunc alii dicant. . . . Gratias Domino, qui vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vinculum transtulit.*

40. Non è dunque la violenza addattata, o propria, per far che gli Ebrei ricevano il Santo Battefimo: e però, comparisce, esser trattenuto, e e chi è denunziato, come sopra, dee levarsi dal Ghetto, ed esser consegnato a' Cristiani, deve interrogarsi del motivo, per cui vuol fare il passo, deve instruirsi come or ora diremo; e quando usate tutte le diligenze, si ritrovasse incapace, non vi deve esser difficoltà a rimandarlo. *Et meminimus* (sono parole del Cardinal Albizi de *Inconstantia in Fide al cap. 11. sotto il num. 38.*) *A Congregatione Consultorum Sancti Officii revocatum fuisse ad examen puerum quemdam Hebraeorum, qui supponebatur petiisse Baptismum, & ad domum Catechumenorum redactus fuerat: qui tamen adeo hebetis ingenii visus fuit, ut, etiamsi explevisset septennium, nihilominus patri Hebraeo restitutus fuit.*

41. Capitando poscia qualche Ebreo, o qualche Ebreo, d'età adulta, desiderosi di ricevere il Battefimo, debbono ancor questi essere trattenuti, o debbono mandarsi a prendere, se si ha sicura notizia, che vogliono essere battezzati. Ma qui è d'uopo raddoppiare le diligenze:

puellas frequenter ad Baptismum confugere, non Religionis, sed matrimonii causa, quod nimirum Christianam alicquem deperant: mare autem Christianae fidei desiderium affectare, quod matrimonii jam contracti laqueos declinare cupiunt, & uxorem Hebraeam relinquere, aut quod aere alieno gravati sunt, ac solvendo impares. Atque utinam in praesentiarum non eveniret, quod Stephanus Tornacensis scripsit in epist. XXXII. *Rarò accidit, ut de plebis circumcise duritia in novam Ecclesiam renatus infantiam, fideliter aliquis conversetur.* Hanc vocem raro ita interpretamur, ut non negemus sepe Hebraeos ad veram fidem divinitus evocatos, ea fecisse omnia, quae bonos viros, & utiles Christianos decent. Eorum Elenchum vide apud Possëvinum, & Thomam a Jesu de *conversione gentium* lib. 9. par. 2. cap. 1. pag. 635. Praeviam institutionem multum ad hanc rem conferre fatendum est. Sapientes Instructiones pro Missionariis Romae in lucem editae an. 1699. pag. 187. haec habent: *Enimverò comprobatum est experientia, Christianos peiores non inveniri, quam qui ante competentem instructionem ad Baptismum admissi sunt; quippe qua facilitate Christo nomen dederunt, eadem ut plurimum nuntium ei remittunt &c. quodque miserabilis est, deteriores multo sunt, quam ante Baptismum, & correctionis omnino impatientes.* Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 6. indicat, quae adulto, ad Baptismum cum spiritali utilitate accipiendum, sunt necessaria. Catechismus Romanus par. 2. de *Baptismo* moram, & tarditatem in hoc negotio inculcat, cum mortis discrimen abesse videatur. *Dilatatio aliquas videtur utilitates asserre: primam enim quantum ab Ecclesia providendum est, ne quis ad hoc Sacramentum fito, & simulato animo accedat, eorum voluntas, qua ad Baptismum accedunt, magis exploratur, atque perspicitur; deinde in fidei doctrina, quam profiteri debent, & Christianae vitae institutionibus erudiuntur perfectius.* Quoad ea, quae ante Baptismum adulto credenda sunt, animadversione dignum est dubium, seu quaestio ab Episcopo Quebec Sancti Officii Congregationi proposita, definita 3. Maji an. 1703. *Utrum, antequam adulto conferatur Baptisma, Minister teneatur ei explicare omnia Fidei nostrae mysteria, praesertim si est moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius; an non sufficeret, si moribundus promitteret fore, ut, ubi è morbo convalesceret, instruendum se curet, ut in praxim redigat, quod ei praescriptum fuerit? Respondetur, non sufficere promissionem; sed Missionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non sit, explicare mysteria fidei, quae sunt necessaria necessitate medii, ut sunt praecipue mysteria Trinitatis & Incarnationis.*

dimostrandoci pur troppo la pratica, che alle volte le donne dicono di volersi fare Cristiane, non pel motivo della Religione, ma per maritarsi con qualche Cristiano, di cui sono innamorate; che i giovani, e gli uomini, non pel motivo della Fede di Cristo, ma o per liberarsi dalla moglie Ebraea, o per essere pieni di debiti, e ridotti in miseria, si mostrano volonterosi del Battefimo; e Iddio pur volesse, che giornalmente non vedessimo avverato quanto scrisse Stefano Tornacense nella lettera 32. *Rarò accidit, ut de plebis circumcise duritia in novam Ecclesiam renatus infantiam, fideliter aliquis conversetur.* Il rarò non esclude, che alle volte non succeda, che qualche Ebreo convertito non riesca un buono, ed utile Cristiano. Ne fa un elenco il Possëvino, e dopo di lui Thomas a Jesu de *Conversione Gentium* al lib. 9. part. 2. cap. 1. pag. 635. La previa istruzione è quella, che molto può contribuire pel detto effetto. Nelle savie Istruzioni pe' Missionarij stampate in Roma l'anno 1669. alla pag. 187. così si legge: *Enimverò comprobatum est experientia, Christianos peiores non inveniri, quam qui ante competentem instructionem ad Baptismum admissi sunt; quippe, qua facilitate Christo nomen dederunt, eadem ut plurimum nuntium ei remittunt &c. quodque miserabilis est, deteriores multo sunt, quam ante Baptismum, & correctionis omnino impatientes.* Il Concilio di Trento nella sess. 6. al cap. 6. addita ciò, che è d'uopo nell' adulto per ricevere con frutto spirituale il Santo Battefimo. Nel Catechismo Romano alla par. 2. de *Baptismo* si accenna l'indugiare, quando non vi fosse pericolo di morte: *Dilatatio aliquas videtur utilitates asserre: primùm enim, quantum ab Ecclesia providendum est, ne quis ad hoc Sacramentum fito, & simulato animo accedat, eorum voluntas, qua ad Baptismum accedunt, magis exploratur, atque perspicitur; deinde in Fidei doctrina, quam profiteri debent, & Christianae vitae institutionibus erudiuntur perfectius.* Ed in ciò, che appartiene all' istruzione in ciò, che debbono credere, notabile è il caso proposto dal Vescovo di Quebec alla Congregazione del Sant' Offizio, e risoluto da essa ai 3. di Maggio del 1703. *Utrum, antequam adulto conferatur Baptisma, Minister teneatur ei explicare omnia Fidei nostrae mysteria, praesertim si est moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius; an non sufficeret, si moribundus promitteret fore, ut, ubi è morbo convalesceret, instruendum se curet, ut in praxim redigat, quod ei praescriptum fuerit? Respondetur, non sufficere promissionem; sed Missionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non sit, explicare mysteria Fidei, quae sunt necessaria necessitate medii, ut sunt praecipue mysteria Trinitatis, & Incarnationis.*

De illis, qui extra infantilem aetatem baptizati sunt, absque eo, quod ipsi baptismum petierint.

42. Haecenus verba fecimus de Hebraeis adultis ultro Baptismum petentibus; modo, finis ut epistola imponatur, de iis sermonem instituamus, quibus, infantium aetate expleta, nec ipsis quidem petentibus, Baptismus impertitur, ut re ipsa contigit in Viviani facto; unde oblata Nobis hujus epistolae conscribendae occasio fuit. Is enim praeter Infantes, filiam annorum novem Baptismate consecravit, idem cum filio jam duodenni facturus, nisi aquam deficere comperisset. Eos itaque & retinere oportet, & diligenter inquirere, a quo baptizati sunt, an debita forma & materia adhibita; tum etiam oportet eos instruere & docere supplendo quidquid antea non factum fuit, ac fieri omnino debuit: Neque vero haec satis sunt, sed nonnulla insuper observari necessario debent.

42. Fin qui si è trattato degli Ebrei adulti, che domandano il Battefimo. Ed ora, per dare il suo termine alla presente lettera, fa di mestiere il ragionare di quelli, che fuori dell'età infantile sono di fatto, senza ch'essi l'abbiano richiesto, battezzati; come per appunto è succeduto nel caso, che ha data l'occasione alla presente lettera, nel quale il Viviani ha battezzato, oltre le infanti, anche una figlia d'anni nove, ed avrebbe ancora fatto lo stesso con un figlio d'anni dodeci, se non gli fosse mancata l'acqua: e restringendo il discorso ai predetti, debbono ancor questi esser trattenuti, deesi indagare da chi è stato loro amministrato il Battefimo, se siasi adoprata la dovuta materia, se siasi adoperata la dovuta forma, debbono essere istruiti, supplendo dopo il Battefimo a quanto non si è fatto; e dovea farsi, prima che ad essi fosse conferito; ma v'è ancora qualche cosa di più da farsi.

Di quelli, che fuor dell'età infantile, senza chiedere il Battefimo, sono stati battezzati.

Intentio baptizati aut

43. Non rarò fit, ut puer adhuc rationis im-

43. Il fanciullo, che non ha ancora l'uso della

Se si richiede l'intenzione

1747.  
requiratur,  
quando est  
extra infantem  
etatem.

Impos in rebus momenti maximi cogatur aliena inservire voluntati, quod solebat olim ex veteri disciplina frequenter usvenire. Quos enim ab infantia parentes ad Monasterium miserant, ii toto vite spatio solitudinem colere tenebantur, quamquam, ubi adolevisent, sese palam profiterentur ab instituto ejusmodi abhorre. Vide *Can. Audistis* 20. *quæst.* 1. Atqui adultus aliena obnoxius voluntati, nisi sponte sua obligari nequit: quare, quum Baptismo Catholica Religio nis observantia conjuncta sit, hinc sanè oritur, hoc sacramentum non esse validum in adulto palam ac liberè dissentiente. Sanctus Thomas 3. *part. ad quæst.* 68. *art.* 7. *quærit: Utrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum Baptismi?* Et quibusdam more suo propositis argumentis intentionem non esse necessariam probantibus, ita quæstionem solvit: *Respondeo dicendum, quod per Baptismum aliquis moritur veteri vite peccati, & incipit quamdam vitam novitatem &c. Et ideo sicut ad hoc, quod homo moriatur veteri vite, requiritur, secundum Augustinum, in habente usum liberi arbitrii voluntas, qua cum veteris vite peniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitam novitatem, cujus principium est ipsa susceptio Sacramenti; & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi Sacramentum.* Glossa Canonica in *Can. Solet*, ad verbum, *implorandum, de Consecratione dist.* 4. intentionis necessitatem in adulto, qui baptizatur, non requirit, sed baptizantis tantummodo satis esse affirmat. *Si baptizans intendit baptizare, qualemcumque intentionem baptizatus habeat, recipit Sacramentum: sed, si non intendit baptizare, licet verba proferat, non est baptizatus.* Sed juxta Sorum in 4. *sent. dist.* 5. *quæst. unic. art.* 7. *S. His igitur, supradicta Glossa, sicut & alia in cap. Majores, de Baptismo, tum contra veritatem, tum etiam contra textus ipsos aperte pugnant.* Ratio verò, qua Glossa inicitur, nempe baptizatum patientis partes agere in Sacramento, intentionem autem quoad agentem, minimè quoad patientem necessario requiri; ratio, inquam, ejusmodi refellitur a Sancto Thoma *loc. cit.* in responsione ad primum argumentum: *Ergo dicendum, quod in justificatione, qua fit per Baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria; & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur.* Quidquid Sanctus Doctor in Summa de hac voluntatis necessitate scribit, jam antea declaraverat in 4. *Senten. distinct.* 6. *quæst.* 1. *art.* 6. *quæstioncul.* 3.

44. Cum ergo voluntatis, sive intentionis in adulto, quoad Baptismum, necessitas certa sit, is debet ideo interrogari, quo esset animo, aut voluntate, cum ab se non postulatum acciperet Sacramentum; fieri enim potuit, ut in ipso actu intentionem habuerit accipiendi Baptismum, aut quoddam veluti lavacrum in Ecclesia solitum frequentari, aut ut profanam quamlibet lavacri speciem. Nihil prohibet, quo minus ante Baptismum intentio fuerit illius, ut lavacrum est Ecclesie proprium, accipiendi, ea deinde intentione in ipso actu caruerit, cum lustraretur. Contingere item potuit, ut animo, ac voluntate extiterit Sacramento contraria, licet modestam vultus, ac corporis totius compositionem in accipiendo Baptismate præferret. Nihil demum impedimento est, quin ipsa rei novitate percussus, nulla omnino voluntate, nec assentiendi scilicet, nec abnuendi fuerit; & fieri etiam potest, ut animo prorsus a sacris mysteriis alieno, vel voluntate coacta & repugnante Baptismum acceperit.

ragione, si ritrova molte volte obbligato per l'altrui volontà: il che bene spesso si vedeva nell'antica disciplina, secondo la quale chi era stato offerto dal Padre al Monastero, benchè fosse in età infantile, doveva restar Monaco tutto il tempo di vita sua, ancorchè arrivato agli anni della discrezione, si fosse protestato alieno dalla professione Monacale, come si vede nel *Can. Audistis* 20. *alla quæst.* 1. Ma chi ha l'uso della ragione, non può restar obbligato senza la propria volontà; e contraendosi nel Battesimo l'obbligo di osservare la religione Cristiana, di qui nasce, che non è valido il Battesimo dell'adulto, se esso non ha la volontà, e l'intenzione di riceverlo. San Tommaso nella 3. *par. alla quæst.* 68. *art.* 7. forma il quesito: *Utrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum Baptismi;* e fatti, secondo il suo solito, alcuni argomenti per provare, che non è necessaria l'intenzione, così poi risolve il quesito: *Respondeo dicendum, quod per Baptismum aliquis moritur veteri vite peccati, & incipit quamdam vitam novitatem &c. Et ideo, sicut ad hoc, quod homo moriatur veteri vite, requiritur, secundum Augustinum, in habente usum liberi arbitrii voluntas, qua cum veteris vite peniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitam novitatem, cujus principium est ipsa susceptio Sacramenti, & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi Sacramentum.* La Chiesa Canonica nel *Can. Solet*, alla parola, *implorandum, de Consecratione dist.* 4. crede non esser bisognevole l'intenzione nell'adulto, che riceve il Battesimo, dando per bastante l'intenzione di chi lo conferisce: *Si baptizans intendit baptizare, qualemcumque intentionem baptizatus habeat, recipit Sacramentum: sed, si non intendit baptizare, licet verba proferat, non est baptizatus.* Ma il Soto nel 4. delle *Sentenze alla dist.* 5. *quæst. unic. artic.* 7. *S. His igitur, dice, che la detta Chiesa, come pure un'altra nel cap. Majores, de Baptismo, che concorda colla medesima, tum contra veritatem, tum etiam contra textus ipsos aperte pugnant;* e la ragione, che il battezzato è come paziente nel Sacramento, e che l'intenzione non si richiede per parte del paziente, ma per parte dell'agente, che è quella, a cui s'appoggia l'opinione della Chiesa, viene chiaramente tolta di mezzo da S. Tommaso nel luogo citato, nelle risposta al primo argomento: *Ergo dicendum, quod in justificatione, qua fit per Baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria; & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur.* Quanto il S. Dottore dice nella Somma in ordine alla necessità della volontà nell'adulto nel ricevere il Battesimo, fu da esso anche prima insegnato nel 4. delle *Sentenze alla dist.* 6. *quæst.* 1. *art.* 6. *quæstioncul.* 3.

44. Essendo necessaria la propria volontà, o sia l'intenzione di ricevere il Battesimo, quando si tratta dell'adulto, per ben regolare le cose, dee lo stesso esser interrogato sopra la volontà, o l'intenzione, che ebbe, quando gli fu conferito il Battesimo senz'averlo domandato; potendo esso aver avuta in quell'atto l'intenzione di ricevere il Battesimo, o come una lavanda, che si frequenta dalla Chiesa, o come una lavanda in genere; potendo aver avuta, prima di ricevere il Battesimo, l'intenzione di riceverlo come una lavanda, che si costuma nella Chiesa, e non averla avuta nell'atto, in cui gli fu amministrato; potendo aver avuta dentro di se una volontà affatto contraria, ancorchè esteriormente ricevesse il Battesimo con ogni compostezza; potendo per la sorpresa fattagli non aver avuta nell'atto volontà di riceverlo, nè volontà di non riceverlo; potendo finalmente averlo ricevuto con una volontà forzata, e con positiva ripugnanza.

45. Si quis adultus ad salutis fontem accersit voluntate animatus accipiendi, non quodcumque lavacrum, sed unice Ecclesie proprium, ac peculiare, Baptismum esse validum dubitari non potest. Ita *Æst. lib. 4. sent. dist. 4. §. 10. In his enim ad veritatem Baptismi, sive ad characteris susceptionem omnino necessaria est intentio suscipiendi Sacramentum, non tamen ut est lotio quadam in genere, sed ut talis, qualem frequentat Ecclesia.*

46. Verum si quis Baptismum accipiens præfenti voluntate careat, quam aliàs tamen habuerit, talis suscipiendæ lotionis, qualis in Ecclesia frequentatur, tunc examinare oportet, utrum voluntas antecedens, nunquam deinceps retractata, adhuc moraliter perseveret. Nam ubi nulla præcesserit retractatio, & moraliter perdurare intentio videatur, est certè validum Sacramentum. Hic casus ad eos spectat, qui ante furorē, vel somnum, Baptismum petunt, accipiunt verò, dum aut insania vexantur, aut somno indulgent, & hoc genus hominum validè baptizatum dicitur in *Conc. III. Carthagin. cap. 34. Non secus accidit S. Augustini amico, qui febris ardore delirans, baptizatus est nesciens, mente, atque sensu absentissimus, ut habetur in lib. 4. Confess. cap. 4. Is enim cum adhuc inter Catechumēnos versaretur, propositum abique dubio habuerat baptizandi. Ad hanc rem animadversio dignissima verba sunt Innocentii III. cap. Majores, ad §. Verum, de Baptismo, ubi hæc leguntur: Dormientes autem, & amentes, si priusquam in amentiam inciderent, aut dormirent, in contradictione persisterant, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, si fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt Sacramenti: secus autem, si prius Catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi.*

47. Qui vultu, atque oculis, ac toto corpore ad modestiam composito, voluntate tamen alienissima, ad hoc Sacramentum veniat, is aditum aperit ad controversiam non parvi momenti. Quidquid sit de opinione Caterini, qui sustinet, conferenti exteriori sufficere compositionem, etiam si non id animo proponat facere, quod Ecclesia solet, de qua opinione multa alibi diximus in nostro Tractatu de Sacrificio Missæ ad part. 4. sect. 2. num. 76. & seqq. Hæc, inquam, opinio minus habet difficultatis, cum non de conferente agatur, sed de accipiente Baptismum. Propositio autem ab Alexandro VIII. damnata, objici Caterino solita, conferentem respicit, non accipientem: Valet Baptismus collatus a Ministro, qui omnem ritum externum, formamque Baptismi observat; intus verò, & in corde suo resolvit, non intendo facere, quod facit Ecclesia.

48. Quotiescumque secreta hæc mysteria suscipiuntur indifferenti prorsus animo ac proposito, neutra scilicet voluntate, Cardinalis Cajetanus art. 7. in Summa S. Thomæ 3. par. quest. 58.; admittit in recipiente intentionis necessitate, docet, intentionem non per se, ut scholæ loquuntur, sed per accidens, necessariam esse, ut nimirum contraria voluntas, si adfuisset, sublata penitus intelligatur. Itaque si quis nec abnuens, nec assentiens, neutra videlicet voluntate, baptizaretur, censendus esset Baptismum validè suscepisse. At enim Sotus 4. sent. dist. 5. quest. unic. art. 7. Cajetano vehementissimè adversatur, & ea quidem felicitate, ut plurimos habeat sententiæ suæ Theologos assertores. Silvius tom. 4. in 3. part. S. Thomæ quest. 68. art. 7. postquam rem prolixè discussit, ita concludit: Ex jam dictis

45. Ricevendosi dall'adulto il Battesimo con una presente volontà di prenderlo, non come una lavanda in genere, ma come una lavanda, che si pratica dalla Chiesa, non sembra poterli dubitare della validità del medesimo; come ben addita l'Æstio nel lib. 4. delle Sentenze alla dist. 4. §. 10. In his enim, parla degli adulti, ad veritatem Baptismi, sive ad characteris susceptionem, omnino necessaria est intentio suscipiendi Sacramentum, non tamen, ut est lotio quadam in genere, sed ut talis, qualem frequentat Ecclesia.

46. Ricevendosi il Battesimo non già con un'attuale presente intenzione di ricevere la lavanda, che si pratica dalla Chiesa, ma dopo però averla altre volte avuta; si dee riconoscere, se la volontà, che una volta vi fu, ancor potesse dirsi, che non essendo stata ritrattata, moralmente perseverasse: imperocchè, non essendo stata ritrattata, e moralmente perseverando, farebbe stato valido il Battesimo: e questo è il caso di quelli, che prima d'essere diventati furiosi e pazzi, o prima d'addormentarsi, avevano domandato il Battesimo, e che nel tempo della furia, della pazzia, o del sonno, lo ricevono; e che si dicono validamente battezzati nel Concilio terzo Cartaginese al cap. 34. E questo pure è il caso di quell'amico di S. Agostino, che delirante per la febbre, baptizatus est nesciens, mente, atque sensu absentissimus, come esso racconta nel lib. 4. delle Confessioni al cap. 4. mentre essendo stato il detto amico catechumeno, aveva antecedentemente avuta senza dubbio la volontà d'essere battezzato. Pel qual proposito sono rimarcabili le parole d'Innocenzo III. nel Cap. Majores, al §. Verum, de Baptismo, ove così si legge: Dormientes autem, & amentes, si priusquam in amentiam inciderent, aut dormirent, in contradictione persisterant, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, si fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt Sacramenti: secus autem, si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi.

47. Ricevendosi il Battesimo con tutta la compostezza esteriore, e con tutta la serietà, ed avendo il battezzato dentro di se la volontà contraria, si apre la strada ad una gran controversia: poichè, ciocchè siassi dell'opinione del Caterino, che nel conferente sostiene bastare l'esteriore compostezza, ancorchè dentro di se non avesse la volontà di fare quello, che fa la Chiesa, della qual opinione abbiamo discorso nel nostro Trattato del Sacrificio della Messa alla par. 4. sez. 2. n. 76. e segg. essa senza dubbio incontra minori difficoltà, discorrendosi, non di chi dà, ma di chi riceve il Battesimo; tanto più, che la proposizione condannata da Alessandro VIII. e che si porta contra all'opinione del Caterino, parla del conferente, e non del recipiente: Valet Baptismus collatus a Ministro, qui omnem ritum externum, formamque Baptismi observat; intus verò, & in corde suo resolvit, non intendo facere, quod facit Ecclesia.

48. Ricevendosi il Battesimo senza volontà di non riceverlo, che è lo stesso che dire, con volontà neutra, il Cardinal Gaetano sopra l'art. 7. della Somma di S. Tommaso nella 3. part. alla quest. 58. dopo aver ammessa nel recipiente la necessità dell'intenzione, insegna, non esser necessaria per se, come parlano le Scuole, ma per accidens, cioè per levare la volontà contraria, quando vi sia, il che dà a vedere, che se uno ricevesse il Battesimo nè consentendo, nè dissentendo, e così con volontà neutra, lo riceverebbe validamente. Ma il Soto nel 4. delle Sentenze alla dist. 5. quest. unic. art. 7. impugna gagliardamente il Cardinale Gaetano; ed il Soto ha meritato d'aver gli altri Teologi comunemente seguaci in questa sua sentenza. Il Silvio nel tom. 4. sopra la 3. par. di S. Tommaso alla quest. 68.

certum est, non sufficere, quod quis neque sit volens, neque sit nolens, quia talia non habet intentionem recipiendi Sacramentum. Valentia tom. 4. suorum comment. Theolog. disp. 4. quest. 3. puncti. 2., Cajetano valere iusto, adharet Soto: Quod si neuter prorsus aliquis esset, id est qui neque vellet, neque nollet suscipere, putavit Cajetanus, si sic baptizaretur, fore Baptismum validum; sed admodum falsè id putavit, ut multis argumentis probat Sotus. Consulendus quoque est Cardinalis Lauria lib. 4. sent. tom. 1. disp. 11. quest. 2. num. 22. & seqq. Cajetanus fulcire studet sententiam suam auctoritate Decretalis Innocentii III., de qua mox sermo erit, in cap. Majores, de Baptismo, ubi leguntur hæc verba: Tunc characterem Sacramentalis imprimi operatio, cum obicem contraria voluntatis non invenit obstitentem: ubi sentire videtur, Baptismo satis esse, recipienti voluntatem non inesse contrariam. At enim verò animadvertatur necesse est, Pontificem Innocentium respondere questioni, utrum amentes baptizari absque consensu possint, ac discernere hoc licere, eorum si consensus adfuerit furori pravius, secus verò, si nullus dementiae consensus præcesserit ac voluntas. Itaque Pontificis postea asserentis Sacramento imprimi characterem, quando non invenit obicem contraria voluntatis, nemo non videt, hanc mentem esse, Baptismatis haberi effectum, quando quis vel in actu assensum præbeat, vel jam ante præbuerit. Quod si Pontifex ea in sententia fuisset, suscipiendo Baptismatis satis esse voluntatem non obstitentem, utique non decrevisset, ut revera statuit, in amentibus voluntatem necessario requiri antecedentem.

49. Demum si Baptismus violenter, atque animo palam contrario suscipiatur, supradictus Pontifex Innocentius III. eadem in Decretali Majores, de Baptismo, distinctione utendum iudicat. Etenim eos, qui minis, ac terrore correpti violentiæ cedunt, Baptismum, ut sibi consulant, suscipientes, ab iis distinguit, quibus, vi etiam illata, contradicentibus palam, & reluctantibus, hoc Sacramentum per vim confertur. Decernit autem in primo casu, non in secundo, Baptismatis imprimi characterem: Is, qui terroribus, atque suppliciis vehementer attrahitur, ne detrimentum incurrat, Baptismi suscipit Sacramentum, sicut & is, qui sic ad Baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum &c. ille verò, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit Sacramentum, quia plus est expressè contradicere, quam minime consentire: sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, iburificare Idolis cogitur violenter. Distinctio ejusmodi occurrit quoque in Glossa Canonica in Can. de Judæis, ad verbum, coacti sunt, dist. 45. in cap. Majores S. Item queritur, ad verbum, conditionaliter, de Baptismo, & in cap. Contra Christianos, ad verbum, absolute, de Hæreticis, in sexto.

50. Examen porro si haberi debeat de adulti proposito, aut voluntate, cum Baptismum accepit, is profecto est ante ceteros audiendus, & interrogandus; cavendum tamen, ne inconsulto fides eidem illico habeatur, ubi responderit, se baptizatum non liberè, sed invito. Fieri enim potest (nec casus sanè hic metaphysicus est) ut ipso in actu intentionem habuerit sufficientem, Diabolicis deinde stimulis incitatus, & victus, ad vomitum rediturus mendacium proferat, & de intentione interrogatus nigrum pro albo, ut iniquum, representet. Qui in foro, in Curia, in Republica versatus est, non ignorat, & sæpe aliàs contigisse, & frequenter uluvenire, ut Sacris Ordinibus initiati, ac vitam Regularem professi,

art. 7. dopo aver discorsò del punto, così conchiude: Ex jam dictis certum est, non sufficere, quod quis neque sit volens, neque sit nolens, quia talis non habet intentionem recipiendi Sacramentum. Ed il Valenza nel tom. 4. de' suoi Commenti Teologici alla disput. 4. quest. 3. punct. 2. abbandona il Gaetano, e siegue il Soto: Quod si neuter prorsus aliquis esset, id est qui neque vellet, neque nollet suscipere, putavit Cajetanus, si sic baptizaretur, fore Baptismum validum; sed admodum falsè id putavit, ut multis argumentis probat Sotus. Può anche vederli il Cardinal Lauria nel 4. lib. delle Sentenze al tom. 1. disp. 11. quest. 2. n. 22. e segg. E benchè il Gaetano pretenda d'avvalorare il suo sentimento colla Decretale d'Innocenzo III. di cui ora parleremo, nel cap. Majores, de Baptismo, ove si leggono le seguenti parole: Tunc characterem Sacramentalis imprimi operatio, cum obicem contraria voluntatis non invenit obstitentem: ove sembra additare, essere sufficiente pel Battesimo, che chi lo riceve, non abbia volontà contraria; è d'uopo però qui il rislettere, che il Pontefice Innocenzo risponde al quesito, se i pazzi possano esser battezzati senza il proprio consenso; e risolvendo, che ciò si può fare, se prima avevano consentito al Battesimo, e che ciò non si può fare, se prima non hanno consentito; non v'è chi non vegga, che dicendo dipoi il detto Pontefice, che l'operazione Sacramentale imprime il carattere, quando non invenit obicem contraria voluntatis, non vuol dir altro, se non che opera quando uno consente, o prima ha consentito: Che se fosse stato di sentimento, che bastasse per ricevere il Battesimo, che la volontà non resista; non avrebbe stabilito, come stabili, esser necessario ne' pazzi il consenso antecedente.

49. Ricevendosi finalmente il Battesimo con una volontà forzata, e con positiva ripugnanza, il sopraddetto Pontefice Innocenzo III. nella stessa Decretale Majores, de Baptismo, distingue il caso di chi con terrori e minacce riceve il Battesimo, cedendo alla violenza, per non esserne sopraffatto, dall'altro caso di chi, non ostanti le violenze, sempre contraddice, e non ostante la contraddizione, per forza è battezzato; decretando, che nel primo caso s'imprime il carattere del Battesimo, e non nel secondo: Is, qui terroribus, atque suppliciis vehementer attrahitur, ne detrimentum incurrat, Baptismi suscipit Sacramentum, sicut & is, qui sic ad Baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum &c. Ille verò, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem nec characterem suscipit Sacramenti; quia plus est expressè contradicere, quam minime consentire: sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans, iburificare Idolis cogitur violenter. E questa distinzione dei due casi vien anche additata dalla Chiesa Canonica nel Can. De Judæis, alla parola, coacti sunt, dist. 45., nel cap. Majores S. Item queritur, alla parola, conditionaliter, de Baptismo, e nel cap. Contra Christianos, alla parola, absolute, de Hæreticis, in sexto.

50. Dovendosi formar indagine sopra la volontà, o l'intenzione, che ebbe l'adulto, quando gli fu conferito il Battesimo, non v'ha dubbio, ch'esso debba essere prima d'ogni altro interrogato, ed inteso: ma non dee già deferirsi ciecamente a quanto esso dice della sua intenzione, quando in qualche maniera fosse contraria al Battesimo ricevuto; non essendo impossibile, nè affatto ideale il caso, che, quando ricevette il Battesimo, av'esse un' intenzione sufficiente, e che tentato dal demonia a ritornare al vomito, rappresentasse una cosa per un'altra nell'occasione, che viene interrogato dell'intenzione, che ebbe quando fu battezzato. Chi ha, come ella ha, pratica del foro, e delle cose del

Quid servandum, si post Baptismum quis negat intentionem sufficientem habuisse.

Che cosa debba farsi, se dopo il Battesimo neghi il battezzato aver avuta sufficiente intenzione.

enixè postulent contractis a vinculis solutionem, dicentes nimirum, & nonnunquam iurejurando affirmantes, sese illo tempore, aut nullam penitus intentionem, aut omnino contrariam habuisse. In hoc rerum statu quid solet consilii capere Judex cautus, & prudens? Clamores aspernatur, respuit iurandum, nisi hoc idem comprobent adjuncta plurima, & circumstantiæ antecedentes, concomitantes, & subsequentes, & ea quidem momenti sint ineluctabilis, & inconcussa. Hac profecto ratione, hoc examine, hac diligentia opus est, ubi adultus post Baptismum aut intentionem sibi fuisse pernegat, aut non idoneam, minimèque sufficientem extitisse contendit.

51. Quod si nulla sit reliqua dubitatio, plànèque constat hac luce clarius, adulto Baptismum accipienti nullam profus fuisse voluntatem, aut intentionem, nil restat aliud, quam eundem & hortari, & admonere, ut ritè id faciat, quod jam irritò fecit, & suscipiat *absolutè*, ac liberè Sacramentum; ac si obstinatè repugnet, tum nihil aliud superest, nisi ut remittatur. Si autem res in dubio sit, nec intelligi possit, an defuerit intentio, an sufficiens adfuerit necne, adultus tum retinendus, baptizandusque *sub conditione*: S. Thomas 3. part. *quæst.* 68. art. 7.; ubi, ut antea diximus, in Baptizato intentionis necessitatem probans, hoc sibi objectum proponit secundo loco: *Cum de intentione Baptizati non constet, quilibet posset petere, se denuò baptizari, propter intentionis defectum. Non videtur ergo, quod intentio requiratur ex parte baptizati, ut suscipiat Sacramentum: atque ita respondet: Dicendum ergo, quod si in adulto deesset intentio suscipiendi Sacramentum, esset rebaptizandus; si tamen hoc non constaret, esset dicendum, si non es baptizatus, ego te baptizo.*

52. Demum quotiescumque aliqua ex parte de collato Baptismate dubitetur aut in factò, aut in iure; cum ex factò articulus juris oriatur, de quo nihil adhuc certi Ecclesia statuit, Theologorum autem, scriptorumque sententiæ divisæ sunt; Hebraus jam lustratus non remitti, sed retineri debet, & baptizari *sub conditione*, juxta regulam Alexandri III. in cap. *De quibus, sub tit. de Baptismo: De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis: Non te rebaptizo, sed, si nondum baptizatus es, ego baptizo te.* Hi porro ita baptizati tenentur, omnino fidem Catholicam observare, eorum instar, qui minis, ac terrore adducti, suscipiendo baptismati assensum liberè præbuerunt: vide *cit. cap. Majores S. Verùm, de Baptismo: Et ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolutè non velit, cogendus est tamen ad observationem Fidei Christianæ.* Et prolixius in *Can. de Judæis, ad dist. 45.* Ubi sic legitur. *Oportet, ut Fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & Fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.*

Alia dubia circa hanc materiam solvuntur.

53. Statutum hic nobis fuerat, epistolam terminare; sed deinceps audivimus operæ pretium esse, quasdam quæstiones solvere huc spectantes, quarum usus haud infrequens esse solet. Tenemur itaque huic epistolæ additamentum necesse, & opportunius hoc fore exillimus, quam opus jam perfectum retexere, aut fasciolas, ut dici solet, ac frustula infarcire.

Mondo, ben fa, esser accaduto, e spesso accadere, che chi ha ricevuto l'Ordine Sacro, o chi ha fatta la Professione Regolare, domanda d'essere sciolto dai legami contratti, pel motivo di non aver avuta l'intenzione, o pure di averne avuta una positivamente contraria, quando fu ordinato, o quando professò, il che anche non ha difficoltà di comprovare con qualche giuramento. Ciò succedendo; che fa il Giudice cauto e prudente? Non si fida del detto anche giurato, ma lo vuol fiancheggiato da circostanze antecedenti, concomitanti, e susseguenti, di molto rilievo, e molto ben provate: e questo per appunto è quello, che dee con somma diligenza farsi, quando l'adulto battezzato o nega d'aver avuta l'intenzione, quando riceve il Battefimo, o dice d'averne avuta una, che è insufficiente.

51. Se, dopo fatte le diligenze, sarà cosa chiara, che l'adulto nell'atto del Battefimo non ha avuta l'intenzione, o pure ne ha avuta una affatto insufficiente, portandone le prove, che levano ogni perplessità, non si può far altro, che procurare d'indurlo a far bene quello, che è stato fatto male, ed a ricevere *absolutè* il Battefimo; al che se poi non acconsente, non resta altro partito, che di rimandarlo. Ma quando il punto resti dubbio, nè chiaramente si può scorgere, se il proposto difetto d'intenzione, o d'intenzione sufficiente, siavi, o non siavi stato, dee l'adulto ritenersi, e battezzarsi *sub conditione*. S. Tommaso nella 3. parte alla *quæst.* 68. art. 7. ove, conforme si è detto, prova, esser necessaria nel battezzato l'intenzione di ricevere il Battefimo, si fa in secondo luogo la seguente opposizione: *Cum de intentione baptizati non constet, quilibet posset petere, se denuò baptizari, propter intentionis defectum. Non videtur ergo, quod intentio requiratur ex parte baptizati, ut suscipiat Sacramentum: e così risponde: Dicendum ergo, quod si in adulto deesset intentio suscipiendi Sacramentum, esset rebaptizandus; si tamen hoc non constaret, esset dicendum, si non es baptizatus, ego te baptizo.*

52. In una parola, ogni qual volta vi resta qualche dubbio circa il Battefimo conferito, o in factò, o in iure; nascendo dal fatto un articolo di ragione, che non è deciso dalla Chiesa, ma di cui vanno variamente discorrendo gli Autori ed i Teologi, non dee l'Ebreo battezzato rimandarsi, ma dee ritenersi e battezzarsi *sub conditione*, giusta la regola d'Alessandro III. nel cap. *De quibus, sotto il tit. de Baptismo: De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis: Non te rebaptizo, sed, si nondum baptizatus es, ego baptizo te: e questi così battezzati restano obbligati all'osservanza della Fede Cristiana; come lo sono ancor quelli, che indotti dalli minacce e dal terrore, finalmente acconsentono a prendere il battefimo, come si vede nel *cit. cap. Majores S. Verùm, de Baptismo: & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolutè non velit, cogendus est tamen ad observationem Fidei Christianæ: e più diffusamente nel Can. de Judæis, alla dist. 45. ove così si legge: Oportet, ut Fidem, quam etiam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & Fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.**

53. Qui era da Noi stabilito di por termine alla lettera. Ma essendoci poi stato suggerito, che sarebbe stato ben fatto lo sciogliere alcuni altri quesiti, che risguardano la stessa materia, e che sovente succedono in pratica; ci veggiamo astretti a fare, come fuol dirsi, un'aggiunta alla lettera, il che crediamo più opportuno per la chiarezza, e pel buon ordine, che il guastare il fatto, e mettere nel corpo della lettera già dettata, come fuol dirsi, o pezze, o toppe.

Si sciogliono altri dubbj sopra tale materia.



1747.  
I. In casu denunciationis aliquem Christianum effici optare, quibus testibus fides praestari debeat.

54. Superius, hoc est num. 40. è vico evocandum, tradendumque Christianis diximus, eum, qui nuncio haud dubio, sed certo & indubitato delatus est, & dedisse, & adhuc exhibere incidia desiderii, quo flagrat, suscipiendi Baptismatis. Hoc praemisso, in praesentia quaritur, quandonam ejusmodi denuntiatio tuta, minimeque dubia habenda sit? Cum non de adulto ad salutis fontem ultrò se conferente, sed de eo nunc sermo sit, quem alii significant Baptismum votis omnibus exoptare, jam patet non posse quaestionem solvi, nisi decernatur, cujusmodi & quot esse testes debeant, eorum ut denuntiatio non incerta, non anceps, sed fide dignissima existimetur.

55. Regula generalis, quam Te non ignorare compertum habemus, aperte jubet non unius testimonio haberi fidem. Hac verò jure Divino innicitur, in ore scilicet, duorum, vel trium, stabit omne verbum, concordat jus Pontificium in cap. Veniens 10. & cap. Licet universis 23. de testibus, & jus Civile in leg. Jurisjurandi C. de Testibus. Aliqua porò sunt hujus regulae limitationes, quarum unam paulo ante produximus, nimirum collationem Baptismi unius testimonio probari: praeter hanc si quis alias undetriginta legere cupiat, Speculatorem adeat tit. de testib. num. 8. Nobis in praesentiarum satis erit earum unam memoravisse, rem nempe aliquam unico etiam teste probari, dum is tamen fultus haud dubiis indiciis fuerit, & claris oppido conjecturis: ita Farinaccius de test. quest. 63. cap. 1. num. 35. Pac. Jordan, elucubr. lib. 14. tit. 18. n. 66. Panimoll. decis. 23. annot. 5. num. 18. Quoad testium conditionem, usus invaluit, tam in judiciis Canonice, quam civilibus, admitti mulierum testimonia, ut apud Tiraquell. de legib. connub. leg. 9. num. 64. & seq. Farinac. de test. quest. 59. per tot. Pac. Jordan, loc. cit. num. 529. Pirhing. tit. de test. num. 66. & 69. Anaclet. ad eundem tit. num. 84. Sperell. decis. 81. num. 45. Quidquid haecenus dictum est, probatum suis, ut inquit, a principis videre qui cupiat, suffragium perlegat admodum elaboratum, & 19. Julii 1709. typis editum a bo. mem. Praesule Frosini Pisanum Archiepiscopo in quadam controversia, qua ipsi cum illius Civitatis Hebraeis intercessit.

56. Ut ergo regulae haec generales in quaestione proposita locum habeant, cavendum est, ne inconsulto ac temere quidquam fiat, si testes Hebraeos aliquem serio Baptismum petere significaverint. Ac in primis videndum, num index, sive mas, sive femina fuerit, certa sit prohibitio, ac nota fidei; deinde examinari debet, & admoneri de gravitate jurisjurandi; tum ejus examen est describendum, cui & index ipse subscribat necesse est. Si duo inter se testes concordent quoad locum, tempus, & occasionem, in qua Hebraeus suscipiendi Baptismatis voluntatem aperuit, tunc prudentis erit Praesidis, Hebraeum ad Catechumenos evocare, eundemque ibi ad dies duodecim detinere, ut non minus rei veritas, quam voluntatis constantia cognoscatur. At cum rem denuntiant, aut duo testes singulares, aut unus tantummodo, sed fide dignus, & omnem citra dubitationem idoneus, & multo magis si adminiculis suffultus; tunc habito, ut diximus, testium, vel testis examine, non oportebit Hebraeum ad Catechumenos ducere, sed Judex Catholicus, qui Romae est Vicegerens pro tempore, ejus voluntatem exploratum, vel domi suae, vel in Templo aliquo semel, atque iterum, aut etiam pluries explorabit, ut Hebraei consilio clarè perspecto & cognito, eum tuto jubeat, aut ad vicum remitti, aut Catechumenis recenserit.

54. Di sopra, cioè al num. 40. si è detto, che dee levarsi di Ghetto, ed essere consegnato a' Cristiani, chi è denunziato con avviso non dubbio, ma sicuro, che ha mostrato, e mostra voglia e desiderio di ricevere il Battefimo. Ciò premesso, si cerca, quando il detto avviso debba averfi per sicuro, e non dubbio. Non discorrendosi ora dell'adulto, che in persona comparisce dicendo di voler esser battezzato, ma d'uno, che è denunziato da altri d'esserfi spiegato di voler essere Cristiano, ben si vede, che la risposta al dubbio non può darfi, se non si stabilisce, quali debbono essere i testimonj, e quanti, acciò si possa dar credito a quanto essi raccontano.

55. La regola generale, come Ella ben sa, vuole, che non si creda al testimonio d'un solo; ed essa è appoggiata al Jus Divino, che in ore duorum, vel trium stabit omne verbum, e concorda il Jus Canonico nel Cap. Veniens 10. e nel Cap. Licet universis 23. de Testibus, ed il Jus Civile nella l. Jurisjurandi C. de Testibus. Vi sono poi alcune limitazioni, fra le quali di sopra abbiamo inferita quella, che la collazione del Battefimo si prova con un solo testimonio; e chi ne volesse vedere altre ventinove, può leggere lo Speculatore al tit. de Testibus al num. 8. contendandoci Noi presentemente di memorarne un'altra, che è quella, provarsi un fatto anche col detto d'un solo testimonio, quando è amminicolato da presunzioni e valide congetture; come molto bene la discorrono il Farinaccio de Testibus alla quest. 63. cap. 1. num. 35. Pac. Jordan, Elucubr. lib. 14. tit. 18. n. 66. Panimoll. decis. 23. annot. 5. num. 18. e rispetto alla qualità, oggidì è regola, che tanto ne' giudizj Canonici, quanto ne' giudizj Civili si ammettono i testimonj delle donne, come dimostrano il Tiraquell. de Legib. connubial. alla leg. 9. num. 64. e seqq. Farinacc. de Testibus quest. 59. per tot. Pac. Jordan, loc. citat. num. 529. Pirhing. ad tit. de Testibus num. 66. e 69. Anaclet. ad eundem titulum num. 84. Sperell. decis. 81. num. 45. e chi volesse vedere provato de' suoi principj quanto fin ora si è detto, può leggere un Voto assai elaborato, dato alle stampe dalla buona memoria di Monsig. Profini Arcivescovo di Pisa in una Causa, che esso ebbe cogli Ebrei di quella Città, e che pubblicò ai 19. Luglio del 1709.

56. Applicando queste massime generali al caso presente, quando si presentano testimonj, che attestano, essersi seriamente qualche Ebreo dichiarato di voler esser Cristiano, non si dee correre, ma si dee guardar in faccia con attenzione a chi ciò attesta; si deve, o maschio, o femina che sia, considerare, se sia persona degna di fede: deve esser esaminato; deve esser avvertito dell'importanza del giuramento; dee scriversi il di lui esame; dee l'esaminato sottoscriverlo: e se due sono i testimonj, che siano contesti del luogo, tempo, ed occasione, in cui l'Ebreo dichiarossi di voler ricevere il Battefimo, dee l'Ebreo esser portato alla casa de' Catechumeni, ed ivi essere trattenuto per dodici giorni, acciò si riconosca non meno la verità, del fatto esposto, che la perseverante volontà di voler essere Cristiano; Che se poi il fatto fosse denunziato da due testimonj singolari, o pure da un solo testimonio degno di fede, idoneo, e molto più amminicolato, dopo essersi fatto l'esame de' testimonj, o testimonio, nel modo poc'anzi espresso, non dee l'Ebreo esser portato alla casa de' Catechumeni, ma deve esser chiamato dal Giudice Cristiano, che in Roma è il Vicegerente pro tempore, fuori del Ghetto, e deve essere la di lui volontà o in una Chiesa, o in casa propria, esaminata dallo stesso Vicegerente una, o più volte, come a lui piacerà, per poter poi risolvere, secondo ciò, che avrà

1747.  
I. Nel caso della denuncia, che alcuno voglia farsi Cristiano, a chi debba prestarsi fede.

57. Neque id verò recens inventum est, sed decretum a Congregatione Sancti Officii anno 1727. cum adhuc in minoribus eadem in Congregatione Consultoris munere fungeremur; itemque hoc postea confirmavit per Litteras Apostolicas die 14. Februarii anni prædicti Benedictus Papa XIII. fel. rec., cujus in Nos beneficentia haud parva fuit: ejus Decreti verba talia sunt: *Feria 4. die 7. Februarii 1727. In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Mariæ supra Minervam coram Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sede Apostolica specialiter deputatis: Cum plures exorta sint controversiæ super intelligentia, & executione Decreti ab hac Sacra Congregatione editi die 8. Julii 1641. quoad Hebræos utriusque sexus denunciatos de eorum animi declaratione suscipiendi Baptismum; Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Generales Inquisitores prædicti dictum Decretum declarando, & quatenus opus sit, reformando, in posterum illud sequenti modo exequi mandarunt, & decreverunt: nempe quod Testes, qui Hebræos denunciabunt, sive mares, sive feminas de declaratione animi suscipiendi Baptismum, per Notarium, juxta interrogatoria generalia ab R. P. D. Vicegerente præscribenda, cum speciali monitione relevantiæ Juramenti, in scriptis coram eodem R. P. D. Vicegerente, & eo impedito, coram ejus Auditore, examinentur; qui etiam examen præfatum subscribere debeant; & quatenus duo Testes sint de loco, tempore, & occasione testes, tunc denunciati ad domum Catechumenorum duci, & collocari in loco separato, ad hunc effectum destinato, in eoque per duodecim dies detineri possint, ut super veritate, & constantia declarationis eorum voluntatis suscipiendi Baptismum explorentur. Si autem Testes erunt singulares, vel unus adesset Testis idoneus, & fide dignus, tunc denunciati, non statim post denuntiationem, & Testium examen ducendi erunt ad domum Catechumenorum, sed per R. P. D. Vicegerentem extra Ghetto, vel in ejus domo, vel in aliqua Ecclesia, vel alio loco sibi bene viso, & intra tempus necessarium, & opportunum, juxta facti speciem & circumstantias, pro arbitrio, & prudentia dicti R. P. D. Vicegerentis, eorum voluntas exploranda erit.*

ricavato dall'esplorazione, se l'Ebreo dee rimandarli al Ghetto, o pure se deve esser mandato alla casa de' Carecumeni.

57. Questo sistema non è di nostra invenzione. Fu stabilito dalla Congregazione del Sant' Offizio nel 1727., quando in minoribus eravamo Consultore della medesima; ed il Decreto fu confermato dalla felice memoria del Nostro Benefattore Benedetto XIII. con un suo Breve spedito sotto il giorno 14. Febbrajo dell'anno predetto; ed ecco le parole del Decreto confermato: *Feria IV. die 7. Februarii 1727. In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Mariæ supra Minervam coram Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sede Apostolica specialiter deputatis: Cum plures exorta sint controversiæ super intelligentia, & executione Decreti ab hac Sacra Congregatione editi die 8. Julii 1641. quoad Hebræos utriusque sexus denunciatos de eorum animi declaratione suscipiendi Baptismum; Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Generales Inquisitores prædicti dictum Decretum declarando, & quatenus opus sit, reformando, in posterum illud sequenti modo exequi mandarunt, & decreverunt: nempe quod Testes, qui Hebræos denunciabunt, sive mares, sive feminas de declaratione animi suscipiendi Baptismum, per Notarium, juxta interrogatoria generalia ob R. P. D. Vicegerente præscribenda, cum speciali monitione relevantiæ Juramenti, in scriptis coram eodem R. P. D. Vicegerente, & eo impedito, coram ejus Auditore, examinentur; qui etiam examen præfatum subscribere debeant; & quatenus duo Testes sint de loco, tempore, & occasione testes, tunc denunciati ad domum Catechumenorum duci, & collocari in loco separato, ad hunc effectum destinato, in eoque per duodecim dies detineri possint, ut super veritate, & constantia declarationis eorum voluntatis suscipiendi Baptismum explorentur. Si autem Testes erunt singulares, vel unus adesset Testis idoneus, & fide dignus, tunc denunciati, non statim post denuntiationem, & Testium examen ducendi erunt ad domum Catechumenorum, sed per R. P. D. Vicegerentem extra Ghetto, vel in ejus domo, vel in aliqua Ecclesia, vel alio loco sibi bene viso, & intra tempus necessarium, & opportunum, juxta facti speciem & circumstantias, pro arbitrio, & prudentia dicti R. P. D. Vicegerentis, eorum voluntas exploranda erit.*

II. De uxori-  
bus, &  
sponsis obla-  
tis a Maritis,  
qui Christiani  
efficiuntur.

58. Hanc alia quæstio sequitur ad sponsas pertinet, atque conjuges Hebræorum, quæ viri jam Christiani, aut sponsi operâ Fidei Catholice offeruntur. Nulla Judæorum querela est, quod a viris, aut sponsus Christianis spon-  
sa, aut conjuges ad lavacrum Sanctissimum offerantur; non enim nesciunt vel ipsi Hebræi, nullam hac invitamenti, vel adhortationis specie violentiam includi, ita ut si mulier Baptismum respuat, matrimonium in Judaismo contractum omnino solvatur, teste Apostolo 1. ad Corinth. cap. 7. & juxta Decretalem, *Quanto de divortiiis*, quæ quidem matrimonii solutio fit statim ac Judæus Ecclesiæ gremio admittitur transit ad alias nuptias, ut a Nobis longa disceptatione probatum est, cum in Congregatione Concilii a Secretis essemus, in quadam causa Florentina proposta 27. Julii 1726., ut videre licet in tom. 3. *Theauri resolut. pag. 346. & pag. 350. & seq. ac tom. 4. pag. 30. & sequ.* Quando infidelis ad Christum conversus transitum facit ad alias nuptias, an eadem sit libertas conjugii infideli alias contrahendi nuptias, res adhuc in dubio est. Sententiam negativam sustinet Pontius de matrim. lib. 7. cap. 48. num. 25. Affirmativa adheret Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 77. n. 6. Utramque probabilem Diana existimat in

58. A questo quesito succede l'altro, che riguarda le mogli e le spose Ebreæ, che vengono offerte alla Fede Cristiana dal marito, o dallo sposo, che si fanno Cristiani. Non si lamentano gli Ebrei, che si faccia dal marito Cristiano l'offerta della moglie Ebreæ, nè dallo sposo l'offerta della sposa, sapendo ancor essi, che tutto ciò si riduce ad una specie d'invito e d'esortazione, esclusa qualunque violenza, in tal maniera che, se la moglie ricusa di farsi Cristiana, il Matrimonio contratto nell'Ebraismo resta sciolto, secondo anche il testo dell'Apostolo nella prima ad Corinthios al cap. 7. e secondo la Decretale nel Cap. Quinto, de Divortiiis: il che siegue, subito che il convertito passa alle altre nozze, giusta ciò, che da Noi fu diffusamente dedotto in un nostro Discorso fatto quando eravamo Segretario del Concilio, in una certa Causa Fiorentina, proposta ai 27. di Luglio 1726. come può vedersi nel tom. 3. del Tesoro delle Risoluzioni alla pag. 346. ed alla pag. 350. e segg. e nel tom. 4. alla pag. 30. e segg. Ma se, sciolto il matrimonio, quando il convertito passa ad altre nozze, s'intenda posta in libertà ancora il conjuge restato infedele, e possa nell'infedeltà contrarre un altro matrimonio; la sentenza negativa vien sostenuta dal Pontio de Marri-

II. Delle  
Mogli, e Spe-  
se offerte dai  
Mariti fatti  
Cristiani.

edit. coordinata de matrim. tom. 2. resol. 122. tract. 6.

59. Illud quoque Hebræis est probe cognitum, conjugem viro esse obnoxiam, ejusdemque in potestate constitutam, quod legunt *Genesios cap. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Iphis præterea compertum est sponsalia plurimum a matrimonio differre, cum hæc non sint aliud, quam futuri promissio matrimonii, ut in *Can. Nostrates 30. quest. 1. & in leg. 1. ff. de spons.* quod & colligitur ex historia *Jacobi Genes. cap. 29.* qui servitute servire Labano debuit ad statum tempus, ut uxorem duceret promissam sibi Rachelem. Non id audeat Hebræorum quispiam inficias ire, juxta eorum mores, per sponsalia jus quoddam Sponso, & auctoritatem in Sponsam dari forsitan etiam majorem illa, quam Christianis habet in Christianam mulierem sibi desponsatam. Nam jure Pontificio gravis est reus culpæ, non adulterii, qui aliena cum sponsa turpi consortio jungatur, ut Nos alibi demonstravimus in *nostra Notificatione V. tom. 3. pap. 65. edit. Bonon.* At apud Hebræos, ex veteri instituto, qui rem aliena cum sponsa habuerit, non impudicus dicitur, sed adulter, ut *post Seldenum lib. 2. Uxor. Hebr. cap. 1. animadvertit Calmet in sua dissert. de Connubiis Hebr.* & adhuc in præsens apud Hebræos scelus, quo de nunc agimus, est capitale, ut observat Cardinalis de Luca de *matrimon. in disc. 9. num. 15.* quem habuit de quorundam Judæorum Romæ connubio. Igitur quemadmodum cum ad fidem accedunt, qui potestatem in filios, aut filias habent, eorum oblationem Ecclesiæ libere, ac jure faciunt; ita vir, aut sponsus Christi legem amplexus jure optimo oblationem facit suæ vel uxoris, aut sponsæ, in quam jus a Legibus, & auctoritatem sibi concessum habet. Facta hæc verò oblatio nec sane potest, nec omnino debet a Christianis recusari, qui tenentur nulli parcere diligentia, nullique studio, ut Christiana veritas jam viro, aut sponso cognita, uxori quoque, aut sponsæ lucem afferat, ac salutem, eo vel maxime quod Romani Pontifices licet Judæis vim fieri quoad Religionem severè prohibeant, palam tamen significant, nihil sibi antiquius esse, optabilius nihil, quam ut iidem aliquando è tenebris ad lucem, ab errore ad veritatem veniant; ideo semel in singulas Hebdomadas iis publicè Evangelium annuntiari, eosdemque jubent Sacris hisce concionibus interesse, ut apparet in *Constit. 1. Nicolai III. & Constit. 106. Gregorii XIII.*

Sponsalia quando contracta dicantur juxta Hebræorum ritum.

60. Verùm quanquam Hebræi de uxorum, sponfarumque oblatione nec conquerantur, nec conqueri possint; queruntur tamen, ut primum Hebræorum aliquis ad fidem profectus, aut profecturus, suam offert Ecclesiæ sponsam, quod hæc illico evocatur, domumque Catechumenorum transfertur, ubi quadraginta dierum spatio detinetur. Clamant in casu ejusmodi nimiam Christianos incertis vocibus habere fidem, & imprudenter agere, priusquam ullis probationibus demonstratum fuerit, sponsalia ritè ac validè contracta fuisse. Hinc discutant damna, turbationesque oriri plurimas, cum non semel evenerit, ut Hebræus infima de plebe aliquis, mulieris, aut virginis amore flagrans & divitis & honestæ, desperans verò eam in Judaismo ducere uxorem posse, id consilii ceperit, contracta nempe sponsalia

monio al lib. 7. cap. 48. num. 25., e l'asserativa viene diffusamente comprovata dal Sanchez de Matrimonio al lib. 7. disput. 77. num. 6. e tanto l'una, quanto l'altra opinione viene riputata probabile dal Diana nell'Edizione coordinata de Matrimonio al tom. 2. resolut. 122. tract. 6.

Quare quum de augendis ejuſdem Collegii redditibus ſollicitè cogitarem, occurrit Nobis, pro diuturna experientia, quam de rebus ad Officium Pœnitentiariæ Apoſtolice ſpectantibus acquiſivimus, dum in minoribus exiſtentes in ipſa Pœnitentiaria munus Doctoris in Decretis plures annos ſuſtinuimus, Sigillatoris munus in eodem Pœnitentiariæ Officio aſſeſſe, cui ſatis ampla emolumenta attributa dignoſcuntur, quæ ſanè, pro ratione laboris ipſi incumbentis, & pro meſura honorarii, quod aliis ejuſdem Pœnitentiariæ Officialibus magis laborantibus conſtitutum eſt, juſto lautiora communiter reputantur. Dum enim Doctor in Decretis præfatus, aliuſque Conſultor Theologus, graviffimis aſſiduifque ſtudiis pro ipſius Apoſtolici Officii ſervitio occupati, annua ſcuta monetæ centum nonaginta & octo dumtaxat honorarii titulo ſinguli percipiunt; prædictus Sigillator, præter annum honorarium ſcutorum ſimilium ducentorum nonaginta ſeptem, quod tamen, deductis inferiorum Miniſtrorum ſalaris, ad annua ſcuta monetæ triginta tria redigitur, alia incerta emolumenta percipit ex expeditionibus minoris gratiæ, ad rationem videlicet obulorum octo pro qualibet Bulla, quæ, ducto calculo per decennium, annua ſimilia ſcuta conſtituunt ſexcenta quadraginta quinque: Quodſi etiam ratio haberi velit alterius oneris, quod in noſtris Literis incipientibus: *In Apoſtolice Pœnitentiariæ*, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingentiſimo quadrageſimo quarto, Idibus Aprilis, editis, futuris in poſterum Sigillatoribus injunximus, nihilominus apparebit, huius Officialis emolumenta ſingulis annis ſcutorum ſexcentorum ſummam ab omni onere liberam, vel propè attingere, vel etiam ſuperare.

Quapropter æquum iudicantes ex ſuperabundantibus unius Officialis emolumentis aliorum ejuſdem Fori & Officii Miniſtrorum indigentiam ſublevare, maturâ deliberatione præhabita, ac Motu proprio, & ex certa ſcientia, ut præfertur, ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine ſtatuiſſimus, & decernimus, ut eveniente quandocumque hodierni Sigillatoris ceſſu, vel deceſſu, ex præfatis emolumentis huiusmodi Officio dudum attributis, annua ſcuta ducenta monetæ Romanæ de juliis decem pro quolibet ſcuto detrahantur, ac præfato Collegio Pœnitentiariorum Minorum Bafilicæ Lateranenſis perſolvantur; prout Nos ex nunc, prout ex tunc, & è contra, huiusmodi annua ſcuta ducenta a præfati Sigillatoris emolumentis diſmembramus, ac de ipſis & ſuper ipſis reſervamus, eidemque Collegio perpetuò applicamus, & appropriamus; mandantes pariter ex nunc, prout ex tunc, & è contra, omnibus futuris Apoſtolice Pœnitentiariæ Sigillatoribus, ut pro huius voluntatis Noſtræ executione, & annua præfate ſummæ ſolutione, quinquaginta ſcuta monetæ huiusmodi libera ab omni onere, eidem Collegio de Trimèſtre in Trimèſtre, omni mora aut tergiverſatione remotis, cum effectû tradant, atque perſolvant. Interim verò, quoniam venter non patitur dilationem, donec diſmembratio, & applicatio huiusmodi ſum ſortiantur effectum, volumus annua ſcuta centum quinquaginta monetæ ſimilis ex redditibus Datarie Noſtræ, & ex emolumentis Componendæ Beneficialis, eidem Collegio ſubmiſtrari; mandantes Dilecto Filio Magiſtro Joanni Jacobo Millo Datario Noſtro, ſive ejus in

Iſtorum redditus augendos, ut infra, delibe-  
rabit.

Annua ſcuta ducenta ex redditibus Sigillatoris Pœnitentiariæ Apoſtolice ex tunc pro tunc ipſi assignat.

Interim mandat et Dataria centum quinquaginta annua ſcuta perſolvi.

Officio Successoribus, ut hujusmodi praestationem, quam post praedictam applicationem quandoque sequam illico cessare decernimus, interea quotannis in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi saepedicto Penitentiariorum Lateranensium Collegio persolvant. Quoniam verò nec ita praedictorum undecim Religiosorum sustentationi, aliisque ipsorum Collegii necessitatibus satis plene, & sufficienter consultum fore videmus; memores, Nos in praelegata Constitutione Nostra super Apostolica Penitentiaria Officialibus, eorumque muneribus edita, certam annuam summam scutorum biscentum è superfluis ejusdem Penitentiariae emolumentis retrahendam, & a praefato Clemente Praedecessore ad Majoris Penitentiarii dispositionem antea concessam, in elemosynis tamen erga pauperes recurrentes ad ipsius Penitentiariae Forum omnino erogandam, ipsi Majori Penitentiario auctoritatis quoque Nostrae robore confirmasse, & ad ipsius dispositionem, ut praefertur, ex integro concessisse; experientia verò edocti, ipsius summam medietatem abundè sufficere pro ordinariis elemosynis in hujusmodi personae erogandis; pro extraordinariis verò & particularibus casibus, reliquam esse Majori Penitentiario facultatem adeundi Summum Pontificem, ut videre est in ipsius Constitutionis *paragrapho* incipien.: *Sed praeterea*: Idcirco nunc praefatum Clementis Praedecessoris, Nostramque concessionem hac in parte moderantes, volumus & statuimus, ex hujusmodi pecuniis annua scuta centum monetae Romanae eidem Collegio Penitentiariorum Minorum Basilicae Lateranensis similiter applicari: Mandantes Venerabili Fratri Nostro Vincentio Episcopo Praenestino Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Petra nuncupato hodierno Majori Penitentiario, ejusque in Officio hujusmodi Successoribus in perpetuum, ut è praedictis emolumentis in elemosynas, ut praefertur, convertendis, annua scuta centum, in duabus aequalibus solutionibus, pro una videlicet in Nativitate Sancti Joannis Baptistae, & pro altera in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi, eidem Collegio in posterum omnino persolvant: Atque insuper decernentes, ut omnes & singula multa; & condonationes ab eodem Apostolica Penitentiaria Officio per singulos annos percipi solita, & in futurum percipienda, quae, juxta calculos jussu Nostro efformatos, vix annua scuta triginta plerumque attingunt; eorumdem Penitentiariorum Lateranensium Collegio, pro Lintheaminum & Suppellectilium manurentione, ab eodem Penitentiario Majori applicentur, & in fine cujuslibet anni persolvantur; quemadmodum Nos earundem praesentium tenore, & Apostolica auctoritate ipsi Collegio applicamus, & perpetuo concedimus & assignamus.

Præsentes quoque Literas, etiam ex eo quod Major Penitentiarius, ac praefata Penitentiariae Sigillator, sive alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, eisdem praemissis non consentirent, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis etiam juridica, & privilegiata causa, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel alio quocumque defectu, notari aut impugnari posse; sed omnino & perpetuo validas, & efficaces existere, eisdemque Penitentiariis Minoribus, eorumque Collegio plenissime suffragari, & ab eodem Majori Penitentiario, ejusque Successoribus, nec non futuris Sigillatoribus pro tempore existentibus, aliisque praemissis, inviolabiliter observari decernimus, & respective mandamus. Non obstantibus Sancti Pii Papae V. Praedecessoris Nostri, super erectione praefati Officii Penitentiariae Apostolicae, nec non innocentii Papae XII. Praedecessoris pariter Nostri, super applicatione superfluum ejusdem Penitentiariae emolumentorum favore Hospitii Apostolici Pauperum Sancti Michaelis de Urbe; atque etiam praedicti Clementis Papae XII., super concessione annuae certae summae ad ejusdem Majoris Penitentiarii dispositionem, Nostrisque praemissis, super ejusdem Officii reformatione, aliisque quibusvis Literis, Constitutionibus, Regulis, & Ordinationibus Apostolicis, & dictae Penitentiariae Privilegiis, Indultis, Statutis, & consuetudinibus quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; quibus omnibus & singulis, eorum tenores, quatenus opus sit, praesentibus pro expressis & insertis habentes, ad effectum praesentium, illis aliis in suo robore permanentibus, harum serie, & auctoritate praedicta, plenissime, & expressè derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram Dismembrationis, Reservationis, Assignmentis, Applicationis, Concessionis, Mandati, Statuti, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori Anno Incarnationis Dominicae Milleesimo septingentesimo quadagesimo sexto, tertio Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

D. Card. Passioneus.  
J. Datarius.  
VISA DE CURIA  
I. C. Boschi,  
J. B. Eugenius.  
Loco ✕ Plumbi.  
*Registrata in Secretaria Brevium.*

Sequitur Declaratio praecedentis Constitutionis.

BENEDICTUS PAPA XIV.  
*Motu proprio &c.*  
DECRET Romanum Pontificem diligenter prospicere, ut concessionem, & gratiam, quae de provida Sedis Apostolicae benignitate processerunt, ac necessariam sustentationem Religiosorum Virorum, pro salute Animarum assidue laborantium, concernunt, plenam obtineant roboris firmitatem; omnemque in eis ambigendi rationem tempestive succidere, ne quando possint in controversiam adduci, aut quomodolibet impugnari.  
Sanè Nos aliàs, seu nuper ad temporalia vitae subsidia eatenus attributa dilectis Filiis Presbyteris Regularibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum, in Basilica nostra Lateranensi Penitentiariorum Minorum munus obeuntibus, & apud ipsam in peculiari Collegio simul degentibus, oculos intendentes, invenimus illa ad quadringenta sexaginta scuta monetae Romanae dumtaxat pertinere, quorum nimirum trecenta percipiuntur ex duabus pensionibus annuis scutorum centum quinquaginta pro qualibet, super fructibus, non quidem duorum Canonicatum ejusdem Basilicae, prout in infra scriptas nostris Literis per errorem enunciatum est, sed verius unius Canonicatus & Praebendae, nec non Vicariae perpetuae praedictae Basilicae, Apostolica eis auctoritate in perpetuum reservatis; alia

Enarratio praecedentis Constitutionis.

Insuper eorumdem Penitentiariorum Collegio applicat annua scuta centum ex superfluis redditibus Penitentiariae.

Tum etiam annuas multas, & condonationes pro manutentione Suppellectilium.

Clausula.

Dat. Pontif. die 13. Martii 1747.

XXXI.

Procemium.



vero centum sexaginta eisdem persolvuntur a Dataria nostra Apostolica ad rationem scutorum quadraginta de trimestre in trimestre; ac denique scuta quinquaginta moneta similis eorundem Penitentiariorum Collegio pro eorum Vestiario, non singulis bienniis a Capitulo prædictæ Basilicæ, prout in ipsis nostris Literis expressum est, sed singulis trienniis ex eisdem respectivè fructibus, redditibus, & proventibus prædictorum Canonicatus, & Præbendæ, ac Vicariæ Curatæ, ab uno ex ipsius Basilicæ Canonicis, Canonicatum & Præbendam hujusmodi pro tempore obtinent, nec non a Vicario perpetuo Curam Animarum Parochianorum inibi exercente, nempe scuta viginti quinque a quolibet ipsorum, iidem persolvuntur.

Et eorum, que in ipsa disponuntur.

Cumque clarè pateret prædictas summas impares esse alendis decem Fratribus prædictum Collegium constitutibus, aliisque ipsius Religiosæ Familiæ necessariis expensis sustinendis, de augendis eidem Collegio subsidiis sollicitè cogitavimus. Eâ igitur cura moti per nuperas nostras Literas Apostolicas incipientes: *Laborantibus in vinea Domini*, datas apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, tertio Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo, Motu simili &c. statuimus & decrevimus, ut eveniente quodcumque hodierni Sigillatoris Penitentiariæ Apostolicæ cessu, vel decessu, ex emolumentis ipsius Sigillatoris Officio dudum attributis, annua scuta ducenta ejusdem monete Romanæ de juliiis decem pro quolibet scuto detraherentur, ac prædicto Collegio Penitentiariorum Minorum Basilicæ Lateranensis persolverentur; prout Nos hujusmodi annua scuta ducenta a prædicti Sigillatoris emolumentis, cum clausula ex nunc prout ex tunc, & è contra, separavimus, eidemque Collegio, per futuros Apostolicæ Penitentiariæ Sigillatores in certis terminis, modoque & formâ tunc expressis, libera ab omni onere, annuatim persolvenda, perpetuò applicavimus, & appropriavimus: Interim verò donec dismembratio, & applicatio hujusmodi suum forentur effectum volumus annua scuta centum quinquaginta ejusdem monete ex redditibus Datarie nostræ, & ex emolumentis Compendiæ Beneficialis quotannis in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi eidem Collegio ministrari.

Quoniam verò, nec ita prædictorum Religiosorum sustentationi, aliisque ipsorum Collegii necessitatibus satis plenè, & sufficienter consultum fore dignoscebamus; volumus iidem, statuimus, & mandavimus, ex annua summa scutorum biscentum è superfluis dictæ Penitentiariæ Apostolicæ emolumentis retrahenda, & ad Majoris Penitentiarii dispositionem alias concessa, per eum tamen in elemosynas erga pauperes recurrentes ad ipsius Penitentiariæ Forum erogandâ, medietatem, nimirum annua scuta centum dictæ moneta, Collegio prædicto similiter applicari, ac per eundem Majorem pro tempore Penitentiarium duabus aequalibus solutionibus, altera videlicet in Nativitate Sancti Joannis Baptistæ, altera verò in Festis Natalitiis Domini Nostri Jesu Christi in perpetuum omninò persolvi.

Volumus insuper, ut omnes & singulæ multæ, & condonationes ab ejusdem Penitentiariæ Apostolicæ Officio per singulos annos percipi solitæ, & in futurum percipiendæ, dicto Collegio Penitentiariorum Lateranensium pro linteaminum, & suppellectilium manutentione ab eodem Penitentiario Majori applicarentur, & in fine cujuslibet anni persolverentur, quemadmodum Nos ipsi Collegio Apostolica auctoritate applicavimus, ac perpetuò concessimus,

& assignavimus: Et alias, prout in prædictis nostris Literis, quarum integram tenorem hic pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum inferro haberi volumus, plenius & uberius continetur.

Cum autem Penitentiarii Minores prædicti, tanquam dicti Ordinis Fratrum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ Professores, strictam quoque pauperatatem profiteantur; proindeque super validitate reservationum, concessionum, & assignationum prædictarum, nec non super capacitate eorundem Penitentiariorum Minorum exigendi, & percipiendi subsidia eis, ut prædiximus, reservata applicata, concessa, & assignata, possit aliquando perplexitas exoriri; Nos volentes dubietatibus hujusmodi obviam ire, eorundemque Penitentiariorum Minorum quieti, & indemnitati in præmissis omni opere providere; Motu pari, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostri, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium expressè declaramus, omnia & singula superius relata subsidia, & ut supra reservata, applicata, concessa, & assignata pro victu, vestitu, aliisque necessitatibus Penitentiariorum Minorum, eorumque Collegii prædictorum, non aliter, quam per modum elemosynæ, juxta capacitatem eorundem Fratrum Ordinis Sancti Francisci Strictioris Observantiæ, reservata, applicata, concessa, & assignata fuisse, & esse, ac censeri debere.

Decernentes omnes, & singulos, ad quos solutiones, & præstationes singulorum subsidiorum prædictorum nunc quomodolibet spectant, & pertinent, & pro tempore spectabunt, & pertinebunt, ad integras solutiones, & præstationes hujusmodi, juxta reservationum, applicationum, concessionum, & assignationum prædictarum, nec non Literarum Apostolicarum desuper respectivè confectarum vim, continentiam, seriem, & tenorem, fuisse, ac esse, & fore efficaciter obligatos. Quocirca memoratas nostras Literas, ipsasque præsentis, cum omnibus, & singulis in eis contentis, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vicio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, vel impugnari posse, sed eas omninò, & ac semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, eisdemque Penitentiariis Minoribus dictæ Lateranensis Basilicæ, eorumque Collegio plenissime suffragari, nec non ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: Non obstantibus omnibus illis, que in dictis Nostri Literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat Motu proprio, P.

**ET** cum absolute a censuris, ad effectum &c. Et quod Nostrarum Literarum prædictarum tenores, ac data habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis etiam gratis per viam de Curia cum clausula perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam, si, & quodcumque videbitur expedien. Et de perpetuis declaratione, decreto, aliisque præmissis, ut supra, in dictis literis latissime extenden. Volumus autem, quod sola præsentis

schedule

Pont. declar. assignationem hujusmodi factam fuisse per modum elemosynæ

Clausula.

Fiat P.

Schedulae Nostrae Motus proprii signatura sufficiat, illique, ac illius quoque exemplis, seu transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae Sigillo munitis, tanta ubique fides adhibeatur in Judicio, & extra, quanta si sub Plumbo Nostrae expedirentur, & originaliter exhiberentur, adhibenda esset, & adhiberi deberet, regula quacumque contraria non obstante.

trouersias coram Congregationibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, aut in Caesarum Palatii Apostolici Auditorio, aliisque Urbis Tribunalibus sustinere coacti sunt, non sine magno expensarum utriusque factarum dispendio, & ingenti profusione pecuniarum, quae in pauperum alimoniam, aut in Domus Dei decorem & utilitatem, convenientius erogari potuissent; quemadmodum evenisse constat sub finem elapsi saeculi, & currentis initium, quo tempore bonem. Cardinalis Cincius nuncupatus Archiepiscopalem Firmanam Ecclesiam obtinebat: Vel, si iidem Episcopi hujusmodi litium dispendia formidantes, aut Cardinalis pro tempore dicti Monasterii Farfensis Abbatis Commendatarii auctoritate, & gratia deterriti, satius duxerunt, in proprii juris prosecutione, & in Episcopalis jurisdictionis usu remissius se gerere, & contra delinquentes Personas tam Ecclesiasticas, quam Laicas, a praedicto Abbate dependentes, ad formam sacrarum Legum, aut nullo modo, aut mitius quam oportebat procedere; deplorabilis excessum & criminum impunitas, & effrenata vivendi licentia in hujusmodi locis summo-perè exerevit, cum gravi Divini Cultus detrimento, & magna Fidelium animarum pernicie; praesertim si quando praefati Abbates Farfenses a Residentia longius absentes, & Pastoralem Visitationem diutius, quam par erat, protrahentes, numerosum gregem eorum cura conceditum uni Vicario Generali necessariis qualitatibus ad gravissimum munus obeundum fortasse destituito, pascendum, regendumque commiserunt.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sexto Kalendas Junii Anno Septimo.

Dat. Pont.  
An. VII. die  
27. Maij  
1747.

XXXII.

Prænitio Jurisdictionis Abbatiae Farfensis, & Sancti Salvatoris Majoris, quoad Loca & Ecclesias in alienis Diocesis existentia.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

UM universi gregis Domini curam imbellicitati Nostrae commissam, ex hoc Apostolicae Sedis fastigio, majori, qua possumus, vigilantia ac sollicitudine administrare satagimus, peculiarium quoque gregum commodis, eorumque utiliori regimini prospicere Nos oportet, ut singuli Ecclesiarum Pastores impositum sibi munus tranquille exercere, & subjectas sibi plebes ad Divinarum, & Ecclesiasticarum Legum normam utiliter valeant gubernare.

Quam ob rem advertentes quot quantaque in Ecclesiastici regiminis administratione oriri soleant incommoda ex eo, quod intra variarum Diocesium fines, & in ipsis veluti earum visceribus, aliqui inferiores Praelati gaudentes qualitate Nullius & Territorii separati, in Ecclesias & Loca, atque Personas tam Ecclesiasticas, quam Laicas activam obtinent jurisdictionem; non semel, occasione data, cogitavimus, etiam cum consilio nonnullorum hujus Nostrae Curiae Praelatorum, hujusmodi peculiare jurisdictiones, pro rerum, atque Locorum conditionibus, & opportunitatibus, aut imminutas, ad aliam formam, & ad congruentes terminos redigere, aut omnino extinctas, atque sublatas, Episcoporum Localium Ordinarie Potestati, & Auctoritati adjungere, & incorporare.

Quod quidem speciali studio jamdudum perficere optavimus in moderatione, & reductione illius jurisdictionis, quam intra diversarum Diocesium limites extendit celebre, & insignis Monasterium, Abbatia nuncupatum, Sanctae Mariae Farfensis. Nullius Diocesis in Districtu Urbis, Ordinis Sancti Benedicti, cui alterum Sancti Salvatoris Majoris adnexum existit: Quodque cum saepius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus virtute, doctrina, & generis nobilitate praestantibus commendari conlueverit, a pluribus Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris, ac praecipue a felicis recordationis Urbano Papa VIII., singularibus Privilegiis, honoribus, & praeminentiis abunde cumulatum fuit; & jurisdictione quasi Episcopalis illius Abbatii, seu perpetui Commendatarii, separatim ac peculiare Territorium habentis, late porrecta extitit, & ampliata.

Ex hac enim hujusmodi Jurisdictionis propagatione ad Ecclesias & Loca, extra proprium Territorium praedictum, in diversis Episcoporum Diocesis existentia, multa profecto, & gravia inconvenientia consecuta esse dignoscuntur; dum, vel Episcopi pro jurium suorum indemnitate certantes, diuturnas lites & con-

His porro malis, pro debita, Nobisque potissimum demandata omnium Ecclesiarum sollicitudine, remedium asserre, & in futurum obviam ire cupientes, quum proximis superioribus annis cum dilecto Filio Nostrae Dominico Tituli Sancti Bernardi ad Thermas Presbytero Cardinali Passioneo nuncupato, tunc praedicti Monasterii Farfensis Abbate Commendatario hac de re ageremus; non solum ipse, pro sua prudentia, & pietate, in eandem nobiscum sententiam de hujusmodi Locis, & Ecclesiis a Territorio Farfensi remotis, & in alienis Diocesis, ut praefertur, constitutis, ab ipsius Monasterii dependentia eximendis, ac respectivè Diocesanorum Antistiti jurisdictioni per omnia subjiciendis, facile descendit; verum etiam promptum se, atque paratum exhibuit ad dimittendam, exuendamque jurisdictionem illam, quam uti Abbas, in hujusmodi Loca, & Ecclesias exercebat.

Cum verò ante hos aliquot menses ipse Dominicus Cardinalis, ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus, Commendae ejusdem Monasterii Farfensis, ac omni & cuiusque juri sibi in Monasterio hujusmodi, illiusque regimine, & administratione, vel ad illa quomodolibet competenti, in manibus Nostris, & ad Dilecti similiter Filii Nostrae Federici Tituli Sancti Pancratii Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Lante nuncupati favorem, spontè & liberè cedere proposuisset; Nos hinc opportunam sumpsimus occasionem consilia nostra tandem re ipsa ad exitum perducendi; proindeque cessionem praedictam non aliter duximus admittendam, quam si dictus Federicus Cardinalis suum praestaret assensum dismembrationi plurium Locorum & Ecclesiarum, illorumque & illarum incorporationi, & subjectioni Ordinarie jurisdictioni Episcoporum inferiorum nominandorum.

Cum itaque praedictus Federicus Cardinalis non minori zelo pro Ecclesiarum, ac Populorum utilitate, & pro recto rerum ordine incensus, Nostris consiliis, ac suasionibus acquiescens, dismembrationi hujusmodi assenserit,

Pontifex ad hunc malis occurrendum, de illius jurisdictionis dismembratione agit cum Reverendissimo Cardinali Passioneo Abbate dicti Monasterii.

Et deinde cum Reverendissimo Cardinali Lante in eadem Abbatia Successore.

Qui huc dismembrationi consensit.

Hinc, auditis Ordinariis, intra quorum Diocesum fines eadem Jurisdicção se extendit;

I. Confirmat dismembrationem plurimum Locorum, & Ecclesiarum alias a Gregorio XIII. factam favore Archiepiscopus Firmanus.

II. Extinguit lites super Jurisdicçãoe dictæ Abbatie pendentes.

Et approbat rem judicatum Rotalem super Jurisdicçãoe Archiepiscopi Firmani in Locis videlicet:

Castri S. Victorie cum novem Ecclesiis &c.

Nosque Monasterium Farfense prædictum eidem Federico Cardinali Apostolica Auctoritate commendaverimus; præsentis nostra in perpetuum valitura Constitutione volentes relatos superius abusus de medio tollere, atque in futurum meliori locorum, & Personarum hujusmodi gubernationi, adjuvante Domino, salubriter providere, auditis prius Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Firmano, nec non Montis Alti, Reatino, & Spoletano Episcopis, Motu proprio, non ad ipsorum Archiepiscopi, & Episcoporum petitionem, vel instantiam, sed ex certa scientia, meraque, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolica Potestatis plenitudine, primo loco dismembrationem a recolenda memoria Gregorio Papa XIII. Prædecessore Nostrorum Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo factam plurimum Locorum, & Ecclesiarum ad prædictam Abbatiam Farfensem antea spectantium, illorumque, & illarum concessionem Archiepiscopali Ecclesiæ Firmana, in compensationem aliorum Locorum, & Ecclesiarum, quæ ab eodem Archiepiscopatu fuerant avulsæ, pro erectione novi Episcopatus Ripani, (ipsarum dismembrationis & concessionis, nec non Literarum Apostolicarum desuper confectarum seriem, & tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes) in omnibus, & per omnia Apostolica auctoritate confirmamus, approbamus, & innovamus, illisque novum, perpetuumque firmitatis robur adjicimus.

Item extirpandis radicibus litibus, & controversiis, tam ortis, quam in posterum facile orituris intenti, omnes & quascunque lites, & controversias desuper, sive in prædicto Casuarum Palatii Apostolici Auditorio, sive forsan alibi, coram quibuscunque, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, Judicibus, & Tribunalibus in quacunque Instantia pendentes, & introductas (quarum respectivè statum & merita, nominaque & cognomina Judicum, & Colligantium, ac jurium, actionum, exceptionum, & prætensionum, nec non privilegiorum quorumcumque, & indulgentiarum, concessionum, gratiarum consuetudinem, & præscriptionum, etiam longissimarum, & immemorabilium, aliorumque forsan exprimentorum tenores itidem pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus), ad Nos advocantes, extinguentes, & respectivè cassantes, tollentes & abolentes; simili modo approbamus, emologomus & confirmamus, ac executioni demandandam esse, & fore decernimus Decisionem Rotalem coram bon. mem. Molines editam die vigesima Martii Anno millesimi septingentesimi secundi, confirmatoriam aliarum, & in rem judicatum transactam, quæ inter impressas ipsius Molines habetur numero septingentesimo septuagesimo primo, nec non Votum a prædicto Auditorio successivè extensum, observatum, & emologatum a prædicta Congregatione Decretorum Concilii Tridentini Interprete.

In quorum sequelam dicimus & declaramus, hujusmodi Oppida, Ecclesias, & Loca Pia sub Jurisdicçãoe Abbatis Farfensis antea existentia, a tempore Gregorii Prædecessoris prædicti evasisse subiecta, adeoque esse, & remanere semper debere subiecta plenariæ, & Ordinariæ Jurisdicçãoi Archiepiscopi Firmani in locum Abbatis Farfensis sustencti, nempe in Castro Sanctæ Victorie Ecclesias infra scriptas videlicet: Ecclesiam Sanctæ Mariæ Misericordie, Ecclesiam & Hospitale Sancti Jacobi, Ecclesiam Sanctissimi Crucifixi, Ecclesiam & Oratorium Sancti Sebastiani, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ de Monte, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ

de Palladiis seu Pladiis, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ Angelorum, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ del Piano, Ecclesias Rurales Sanctorum Tiburtii & Rochi, Cappellam SS. Petri & Pauli in Ecclesiâ Fratrum Minorum Sancti Francisci, & Montem Pietatis. In Castro verò Montis Falconis Ecclesiam Parochialem Sancti Petri de Porta, Ecclesiam Parochialem Sancti Petri in Penna seu Ripa, Parochialem Sancti Januarii, Parochialem Sancti Angeli, Parochialem Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Sanctæ Catharinæ, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ Scalaram, sive delle Scalelle. In Castro demum, seu Oppido Montis Sanctæ Mariæ in Sancto Georgio, Parochialem Sancti Joannis, Ecclesiam Sancti Benedicti, Ecclesiam Sancti Sebastiani; Ita quod in omnibus hisce Locis & Ecclesiis habeat, & retineat Archiepiscopus Firmanus jus conferendi, & instituendi, omnesque & singulos actus Jurisdicçãois spiritualis exerceat, qui ab Ordinariis exerceri solent.

Præterea ex præmissis causis, aliisque justis & rationabilibus animi nostrum moventibus, ad quarum verificationem nolumus quemquam ullo unquam tempore teneri, a prædicto Monasterio Farfense, & ab ejusdem Monasterii pro tempore Abbatis perpetui Commendatarii Jurisdicçãoe, superioritate, potestate, & auctoritate in perpetuum dismembramus, separamus, & sejungimus, quæ sequuntur, Ecclesias, Monasteria, Oppida, & Loca pia in infra scriptis Diocesisbus Nostræ Ditionis Ecclesiasticæ sita, nimirum: In Diocesi Firmiana, & in Castro Sanctæ Victorie, Ecclesiam & Capitulum Collegiatam sub titulo ejusdem Sanctæ Victorie, Ecclesiam & Monasterium Sanctæ Catharinæ Ordinis Sancti Benedicti, Ecclesiam seu Cappellam Sanctæ Crucis, Ecclesiam, seu Cappellam Sanctissimæ Trinitatis: & in Civitate Firmana Parochialem Ecclesiam Sancti Petri in Penna.

In Diocesi verò Montis Alti in Terra Rotelle Collegiatam Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ di Rovetino, Ecclesiam Ruralem Sancti Laurentii, Societates Sanctissimi Sacramenti, & Rosarii cum earum annexis. In Terra Montis Elpari Ecclesiam, Prioratum, seu Vicariam Sancti Angeli, Ecclesiam Ruralem Sancti Joseph, Ecclesiam Sanctissimi Crucifixi, aliasque Ecclesias penitus dirutas, nempe Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Misericordia, Ecclesiam Sancti Caroli, Ecclesiam Sancti Benedicti in Rosignano, Ecclesiam Sanctorum Laurentii & Petri Martyris in Contrata Pedemontis, aut Castigliani, Societates Sanctissimi Sacramenti, Rosarii, & Sancti Joseph, cum earum dependentiis, Montemque Frumentarium. In Loco Montis de Nove, Parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cellis, Ecclesiam Sanctissimi Crucifixi, Societatem Sanctissimi Sacramenti, ejusque Oratorium. In Terra Forcis, Collegiatam Sancti Pauli, Ecclesiam seu Oratorium Sancti Blasii, Ecclesiam Ruralem Sancti Georgii, Ecclesiam Ruralem Sanctæ Mariæ de Lacu, Ecclesiam Ruralem Sancti Stephani, Ecclesiam Suburbanam, cum alia annexa Sanctæ Mariæ Gratiarum, Ecclesias Rurales Sancti Joannis Baptistæ, Santi Salvatoris, & Sancti Angeli, Societates Sanctissimi Sacramenti, Sanctissimi Rosarii, earumque Oratoria, & alia annexa, Hospitale quoque, Montemque Frumentarium.

Item in Diocesi Reatina, Ecclesiam Turritæ, Ecclesiam Sancti Georgii, Ecclesiam Fluminate, & in Territorio Ciccoli Ecclesiam di Casalivieri, Olpanici, Collis, Collium. Sancti Thomæ de Latuso, Nesposii, & Collis Gentileschi.

Insuper in Diocesi Spoletana, in Loco di Savelli Præposituram Curatam Sancti Angeli,

Castri Montis Falconis cum septem Ecclesiis.

Castri Montis Sanctæ Mariæ cum tribus Ecclesiis.

III. Dismembrat a dicta Abbatia Ecclesias, Monasteria, Cappellam, & Loca pia existentia in Diocesisbus nempe:

In Firmana, & in Castro Sanctæ Victorie.

Unam Collegiatam, unum Monasterium, & duas Ecclesias.

In Civitate Firmana unam Parochialem. In Diocesi Montis Alti, & in Terra Rotelle unam Collegiatam, duas Ecclesias, & duas Confraternitates.

In Terra Montis Elpari septem Ecclesias, tres Confraternitates, & Montem Frumentarium. In Loco Montis de Nove unam Parochialem, & unam Societatem cum Oratorio.

In Terra Forcis unam Collegiatam, octo Ecclesias, duas Confraternitates, Hospitale, & Montem Frumentarium.

In Diocesi Reatina decem Ecclesias.

In Spoletana Ecclesias, & Beneficia



1747.

In Locis, nimirum in Savelli. Di Paganelli. In Villa S. Andree. In Castro S. Marci.

In Territorio Calciz.

In Villa Sanctissime Trinitatis.

In Villa Trognani.

In Civitate Spoletana.

In Diocesi Assisen. unam Ecclesiam.

Applicat jurisdictionem in Ecclesiis, & Loca dismembrata, dictis quinque Diocesis, & eorum Ordinariis.

Salva jurisdictione dicti Abbatis in Locis, & Ecclesiis intra proprium, & particulare Territorium consistentibus.

Et in nonnullis aliis Ecclesiis diversarum Diocesium.

IV.

Quoad Colationes Beneficiorum decernit Archiepiscopus, & Abbatem predictos non decedisse a jure conferendi,

Ecclesiam Sancte Mariae del Colle, & Sancte Mariae ad Nives. In Loco di Paganelli, Ecclesiam Sancti Pauli. In Villa Sancti Andree aliam Ecclesiam Sancti Pauli, & Sancte Mariae de Quercu. In Castro Sancti Marci, Ecclesiam Sancti Laurentii, Sancti Salvatoris di Casalino, & Sancti Egidii delli Castiglioni, cum Beneficio, Præpositura nuncupato, & quinque Canonicatibus Ruralibus. In Territorio Calciz, Monasterium Monialium Sancte Margarite cum omnibus eidem annexis, & Ecclesiam dirutam Sancte Crucis Vezzani. In Villa Sanctissime Trinitatis, Parochialem Sancti Blasii, & Ecclesiam dirutam Sancti Petri de Mutillo in Loco Coronellæ, & Parochialem Sancte Lucie. In Villa Trognani, Parochialem Sancti Martini, cum aliis ei annexis, & Ecclesiam Sancte Mariae a Confini. In Civitate Spoletana, Ecclesiam Sancti Marci, & Ecclesiam Sancti Viti. Demum in Diocesi Assisen., Ecclesiam Sanctorum Stephani, & Fortunati.

Quæ quidem omnia & singula superius annotata, & expressa Monasteria, Ecclesias, Oppida, Terras, & Loca Pia a prædicto Monasterio Sancte Mariae Farsensis, & a jurisdictione illius pro tempore Abbatis, seu perpetui Commendatarii, sic, ut præmissis, dismembrata, separata, & sejuncta, singulis Firmanæ, Montis Alti, Reatinæ, Spoletanæ, & Assisensis Ecclesiarum Diocesis, & Territoriis, in quibus respectivè posita sunt, itidem perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, omnimodamque jurisdictionem Ordinariam, quæ ipsius Monasterii Farsensis Abbati perpetuo Commendatario in Ecclesiis, Monasteria, Oppida, Terras, & Loca Pia prædicta, eorumque Personas competeat, ad Archiepiscopum Firmanum, ac Montis Alti, Reatinum, Spoletanum, & Assisensem Episcopos prædictos, singula singulis congruè referendo, transferimus; eamque illis respectivè concedimus & assignamus; ipsosque Archiepiscopum & Episcopos ex nunc plenarios successores prædicti Abbatis Farsensis in jurisdictione, superioritate, potestate, & auctoritate ordinaria hujusmodi esse & fore decernimus.

Ceterum firmam, salvam, & illam, ut prius, remanere debere declaramus Ordinariam jurisdictionem ejusdem Abbatis Farsensis in cæteris Locis, Castris, & Ecclesiis intra proprium, & particulare Territorium prædictum consistentibus; Item in Suburbis, & Ecclesiis positis in Suburbis Reatin., in cæteris pariter Ecclesiis existentibus in Diocesis diversis subjectis Episcopis Regni Neapolitani, videlicet in Parochialis Ecclesia Sancti Petri d'Azano, cum aliis eidem annexis, Aprutina Diocesis; in Parochialibus Ecclesiis Sancti Laurentii di Bessi, Sancti Pii di Fontecchio, seu Fonticoli, Scopeti, Sancte Mariae di Forfona, seu Forcelli, & Sociani; in Ecclesia Sancti Stephani in Terra Sancti Demetrii; in Ecclesia Sancte Mariae in Arquato; in Terra Fagnani; in Ecclesia Sancte Mariae, vulgo Sancta Marinella, in Villa Pretusi, & Ecclesia Sancte Mariae in Terra Barigiani Diocesis Aquilanae, & in Ecclesia di Rosciolo, & in Ecclesia Sancte Mariae Terræ Magiani, cum aliis, Diocesis Marforum; & demum in Ecclesia Sancti Joannis Baptiste in Terra Gagliani Sulmonensis Diocesis: Per presentes enim non intendimus super hisce quidquam innovare.

Quia verò Nostræ mentis & intentionis existit, ut dum confirmatio, dismembratio, unio, annexio, incorporatio, aliaque præmissa sum fortiantur effectum, in Collatione tamen, & provisione Beneficiorum Ecclesiasticorum nihil admodum innovetur, sed cum ampliatio jurisdictionis prædictorum Antistitum, ipse nihilominus Abbas Farsensis in hoc rerum genere,

minori quo fieri possit, detrimento afficiatur; per eandem presentes decernimus pariter, & statuimus, nec Archiepiscopum Firmanum, nec Abbatem Farsensem per hoc decidisse a jure conferendi, & providendi Ecclesias cum cura, & sine cura, Canonicatus, & Præbendas, cæteraque Beneficia Ecclesiastica, quorum collatio, & provisio, seu quævis alia dispositio ad ipsos respectivè spectabat, & pertinebat, tam jure Ordinario, quam in vim privilegiorum Apostolicorum, ac memorata dismembrationis Gregorianæ, nec non decisionum, & voti prædicti Auditorii, resolutionum quoque Congregationis Concilii, & Laudi die duodecima mensis Augusti Anni Domini millesimi septingentesimi vigesimi primi, prolata a tribus Romanæ Curie tunc temporis Prælati, nimirum Petra nunc Sancte Romana Ecclesia Cardinalis, ac Herrera, & Ansideo, quoad Collegiatam Ecclesiam Sancti Antonii de Altidona: Quinimmo hujusmodi jus utriusque integrum præservamus; non innovantes, nisi ut infra:

Archiepiscopus nimirum Firmanus in Ecclesiis, & Locis a prædicto Gregorio Prædecessore dismembratis conferet uti proprius Archiepiscopus, ut prius, jure Ordinario, omnia Beneficia Ecclesiastica, præterquam in mensibus Apostolicis vacantia, aut alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta. Insuper in Ecclesiis a Nobis per presentes dismembratis, & respectivè incorporatis, tam prædictus Archiepiscopus Firmanus, quam Montis Alti, Reatinus, Spoletanus, & Assisensis Episcopi dabunt institutionem in Beneficiis Jurispatronatus tam Laicalis, quam Ecclesiastici, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis, absque examine, si curata non sint, si verò curata fuerint, prævio examine, & approbatione, aliisque servatis servandis, quoad Personas nominandas, & præsentandas a Patronis Laicis ex fundatione, dotatione, privilegio, seu indulto Apostolico existentibus, atque etiam prævio consueto concursu, & approbatione quoad Personas a Patronis Ecclesiasticis ex similibus titulis nominandas, & præsentandas.

Abbas verò Farsensis in ipsis Ecclesiis a Nobis per presentes ab ejus Territorio divulsis, & separatis, in quibus hætenus jus habuit conferendi, & providendi Paræcias, & Beneficia omnia, etiam Dignitates principales in Collegiatis, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis, ex speciali privilegio memorati Urbani Prædecessoris, in posterum si Prælati, non autem Sancte Romana Ecclesia Cardinalis fuerit, jus habeat nominandi, & præsentandi, quæ Patronus Ecclesiasticus; in Mensibus dumtaxat Sedi Apostolicæ non reservatis, aliisque cessantibus reservationibus, & affectionibus prædictis, ad Beneficia nempe simplicia, & residentialia Personas idoneas sibi magis benevolas, ad Paræcias verò, & signanter ad Paræciam Sancti Petri de Penna, Personas, quas maluerit, ex approbatione ab Ordinariis in Concursu præcedenter habito ad præscriptum Concilii Tridentini Cap. 18. Sess. 24. de Reformatione, coram iisdem Ordinariis Locorum, a quibus erunt Literæ provisionis in eorum respectivè Cancellaria expedienda, cum solita taxa expensarum hætenus servata ab Abbatibus Farsensibus, & concedenda absque controversia institutio autorizabilis.

Si autem Abbas Commendatarius fuerit, ut plerumque contingit, S. R. E. Cardinalis consueto gaudens Indulto conferendi Beneficia Ecclesiastica Sedi Apostolicæ reservata, vel affecta, tunc idem Abbas Cardinalis semper, & quantumque nominabit; videlicet quæ Patronus Ecclesiasticus, si vacatio sequuta fuerit in

1747.

quo ante presentes gaudebant.

Statuit tamen, quod Archiepiscopus Firmanus in Ecclesiis a Gregorio XIII. dismembratis conferat uti Ordinarius. Quoadque in Ecclesiis, & Locis nunc dismembratis Archiepiscopus, & Episcopi prædicti quoad Beneficia Jurispatronatus habeant jus instituendi.

Abbas verò Farsensis Ecclesiarum, & Beneficiorum dismembratorum habeat Jurispatronatus Ecclesiasticum.

Si autem Abbas fuerit Cardinalis in Mensibus aliis non reservatis nominabit coram Ordinariis; sed in

1747.  
Mensibus re-  
servatis no-  
minabit cor-  
am Pontifi-  
ce.

Martii, Junii, Septembris, aut Decembris mensibus, aliaque reservationes, & affectiones Apostolicæ omnino cessent, coram præfatis Ordinariis Locorum, ad simplicia quidem, & residentialia, Personas idoneas sibi magis benevolas, ad Paræcias verò Personas a se præelectas inter approbatas ab ipsis Ordinariis Locorum in Concursibus præcedenter habitis, & per eosdem Ordinarios respectivè instituendas, in omnibus, & per omnia, prout de Abbate non Cardinale superius disposuimus: Si autem vacatio sequuta fuerit in aliis octo anni mensibus alioquin eidem Apostolicæ Sedi reservatis, aut aliqua alia reservatio, vel affectio Apostolica occurrerit, tunc prædictus Abbas Cardinalis, quâ Patronus Ecclesiasticus simul, & Indultarius, nominabit, seu præsentabit coram Nobis, & Romano pro tempore Pontifice, Personas, ut præmissimus, idoneas sibi magis benevolas, seu respectivè a se præelectas, quarum nomina, & cognomina transmittet ad Datariam Nostram Apostolicam, ubi nimirum in earumdem Personarum favorem Literæ Apostolicæ expediendæ erunt; dummodo tamen Beneficia pro tempore vacantia, ac reservata, vel affecta, ut præfertur, sub Indulto prædicto comprehendantur, & non aliàs; ac salvo semper remanente Nostro, & Sedis Apostolicæ jure liberè conferendi ea Beneficia pro tempore vacantia, quæ subiecta fuerint reservationibus, & affectationibus in eodem Indulto non comprehensis.

V.  
Taxat Canonem ab Archiepiscopo, & Episcopis prædictis dicto Abbati præstandum.

Tandem in memoriam, & in recognitionem præsentis dismembrationis, quæ dum in Abbatis Farfensis præjudicium cedit, contrâ, memoratis Archiepiscopo, & Episcopis ad commodum cedere dignoscitur; volumus, atque statuimus, ut iidem Archiepiscopus, & Episcopi perpetuis futuris temporibus prædicto pro tempore Abbati Commendatario Farfensi infra scriptum Canonem Cerae Albæ, Archiepiscopus videlicet Firmanus libras triginta, Episcopus Montis Alti libras triginta, Episcopus Reatinus libras viginti, Episcopus Spoletanus libras decem, demùm Episcopus Assisensis libram unam quotannis solvere, & præstare teneantur: Nos enim Canonem hujusmodi juxta numerum, & qualitatem Ecclesiarum dismembratarum, & habita ratione majoris, & minoris quantitatis reddituum Mensarum Archiepiscopalis, & Episcopali Ecclesiarum prædictarum, congruè, & proportionabiliter taxavimus, & constituimus.

Clausula præservativa.

Præsentibus quoque Literas de subreptionis, obreptionis, ac quocumque alio vitio, seu intentionis Nostræ, aut quolibet alio defectu, quantumlibet juridico, & substantiali, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis omnibus, & singulis quomodolibet interesse habentes, seu habere putantes, & prætendentes, cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam si essent Universitates etiam Laicales, ac Conventus, Monasteria, Capitula, & Collegia etiam Laicalia, citari, vocati, & auditi non fuerint, ac eisdem præsentibus Literis non consenserint, ac causæ, propter quas omnia, & singula præmissa emanaverint, minimè, vel minus sufficienter examinata fuerint, & ex quacumque alia causa quantumlibet legitima, etiam in corpore juris clausa, etiam pia, ac aliàs quomodolibet favorabili, aut publica, ac etiam ratione observantia, usus, & consuetudinis etiam longissimæ, & centenaria, aut immemorabilis, sive ratione cujusvis concordia inter Abbatem Farfensem prædictum, & Archiepiscopum, aut quemlibet ex Episcopis prædictis quancumque forsitan inter, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata & vallata, & aliàs quomodolibet impugnari, invalidari, infringi, aut irritari, ad

viam & terminos juris reduci, nec adversus illas oris aperitionis, aut aliud quodcumque juris, vel facti remedium, etiam ex capite læsionis quantumvis enormis, & enormissimæ, vel cujuscumque præjudicii etiam majoris, quam expressum sit, impetrari, ac etiam motu, scientia, & potestate paribus per quoscumque Romanos Pontifices Successores Nostros quomodolibet contra præmissa omnia, & eorum singula concessum acceptari, ac in judicio, & extra illud allegari, deduci, produci, aut aliàs illo quomodolibet uti non posse, quinimò prædicta omnia, & singula perpetuo firma, valida, & efficacia esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri & obtinere, illaque sub quibuscumque etiam generalibus revocationibus, derogationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, & quibuscumque aliis contrariis dispositionibus, etiam consistorialibus, non comprehendi, nec comprehensa aliquo modo censi, sed semper & perpetuo ab illis libera, & immunia:

Sicque & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quacumque potestate, & auctoritate fungentes, ac dignitate, & præminencia fulgentes, etiam Causarum ejusdem Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere; & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Non obstantibus Nostri, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, de jure quæsito non tollendo, & de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac de exprimendo vero annuo valore in unionibus, nec non Lateranensis Concilii novissimè celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque Apostolicis, ac in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non prædicti Monasterii Farfensis, & Ordinis Sancti Benedicti, cujus illud existit, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac quibuscumque concordis, & conventionibus, ut præfertur, forsan in iis, roboratis, confirmatis, & approbatis; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis dicti Monasterii Farfensis pro tempore Abbati, seu perpetuo Commendatario, a quibusvis aliis Superioribus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu pari, & consistorialiter, etiam in fundatione, & primæva institutione, seu alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; quibus, omnibusque aliis, quæ præsentibus quomodolibet obesse possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi etiam veriores, totosque & integros, etiam præsentibus pro expressis, insertis, ac de verbo ad verbum registratis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum præsentium, & validitatis omnium & singulorum præmissorum, hac vice dumtaxat, harum serie, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, specialiter & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod præsentium Literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Per-

Aliter præcari prohibetur.

Derogari contrariis.

Fides præstanda transumptis.

sona in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Ceterum per ea, quae in praesentibus innovando statuimus, non intendimus Taxam Abbatiae Farfensis, sive utriusque Monasterii praedictorum, in Libris Camerae Nostrae Apostolicae praenititam, ullatenus immitti, aut immutari debere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Confirmationis, Approbationis, Dis membrationis, Sejunctionis, Unionis, Annexionis, Incorporationis, Declarationis, Statuti, Decreti, Derogationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

J. Datarius. Pro D. Card. Passioneo.  
Joannes Florius Substitutus.

VISA DE CURIA.  
I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.  
Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 11. Aprilis 1747.

Schedula motus proprii super secunda dis membratione Jurisdictionis dictae Abbatiae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu Proprio &c.

Procerium.

**F**TSI ea, quae a Nobis pro Pastoralis officii debito per Apostolicas nostras Literas optima ratione statuta sunt, matura prius consideratione, singulisque facti circumstantiis serio pensatis prodeant: Quia tamen nonnunquam evenit, ut aliae ejusdem facti circumstantiae, quae antea Nobis non innotuerant, subinde patefiant: Hinc est, quod, quum illae Nobis innotescunt, supplendo, vel immutando, aut ampliando ea, quae a Nobis antea sancta fuerant, de Apostolica nostra benignitate providere non detrectamus.

Cum itaque Nos aliis providere attendentes jurisdictionem quasi Episcopalem pro tempore existentis Abbatiae Commendatarii Monasterii Abbatiae nuncupati Sanctae Mariae Farfensis nullius Diocesis in districtu Urbis, Ordinis Sancti Benedicti, cui alterum Sancti Salvatoris Majoris nuncupatum annexum existit; ad plurimas Ecclesias, & non pauca loca extra proprium & particulare Territorium, ac intra fines Diocesis diversorum Episcoporum existentia, ex variis Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum concessionibus, late propagatam fuisse: Et ex hac nimis ampla ac se juncta jurisdictionis extensione ea in Ecclesiastici regiminis administratione eatenus consequuta fuisse mala & inconvenientia, quae ob inferiorum Praelatorum in Loca, Ecclesias, & Personas intra aliarum Diocesium fines existentia activae jurisdictionis exercitium non raro venire solent: de dis membratione jurisdictionis dictae Abbatiae quoad loca & Ecclesias in alienis Diocesis Status Nostri Ecclesiastici existentia cum dilecto Filio nostro Federico Tituli Sancti Pancratii S. R. E. Presbytero Cardinale Lante nuncupato moderno dicti Monasterii Abbate Commendatario egissemus, ipseque Federicus Cardinalis eo, quo pollet, zelo, prudentia & pietate, Nostra

assenfus esset voluntati: Auditis propterea Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Firmiano, & Montis alti, Reatino, & Spoletano Episcopis, intra quorum Diocesum fines plurima Loca & Ecclesias dicti Monasterii Abbatis jurisdictioni subiecta esse dignoscatur: Motu simili &c. Oppida, Loca, Terras, Ecclesias, Monasteria & Loca pia intra Archiepiscopatus Firmiani & Montis Alti, ac Reatini, & Spoletani Episcopatum Diocesum fines existentia & existentes, necnon unam Ecclesiam, quam in Assiensis Diocesi sub ejusdem Abbatis jurisdictione existere, tunc tantum in comperto erat: sub certis modo & forma tunc expressis per Apostolicas Nostras Literas incipien. *Dum universi* sub datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae MDCCXLVI. Idibus Martii Pontificatus Nostri anno septimo, a praedicto Monasterio, illiusque pro tempore existentis Abbatis, seu perpetui Commendatarii jurisdictione, superioritate, potestate, & auctoritate in perpetuum dismembravimus, separavimus & se junximus, eademque Oppida, Loca, Terras, Ecclesias, Monasteria & Loca pia, ut praefertur, dismembrata, separata, & se juncta, singulis Firmianae, Montis Alti, Reatinae, Spoletanae & Assiensis Ecclesiarum Diocesisbus etiam perpetuo univimus, anneximus & incorporavimus, prout in dictis Literis plenius continetur.

Cum autem, postquam Literae praedictae jam editae erant, Nobis innotuisset praeter unam, ut praeferebatur, Ecclesiam dictae Assiensis Diocesis, in ipsa quoque Assiensis Civitate unum Monasterium Monialium sub Titulo Sanctorum Jacobi & Donati, intra vero Diocesis Asculanae fines plures partim in Ditione dicti Status Nostri, partim vero in Regio Neapolitano sitas Ecclesias ejusdem Abbatis jurisdictioni obnoxias reperiri. Et quamvis jam dudum, videlicet de anno ejusdem Domini MDCLXVI. quaedam Schedula per modum Concordiae inter Episcopum Asculanum, & dicti Monasterii Abbatem Commendatarium tunc existentes, pro extinctione litis inter eos jam tunc orta super exercitio jurisdictionis in ultimo dictis Ecclesiis, ut accepimus, inita & subscripra, ac successivè ab eorum respectivè Successoribus ratificata fuisset, quia tamen Concordia hujusmodi Apostolica caret confirmatione, nec in ea singulis casibus consulitur, & quandoque ab una, aut altera ex futurorum Episcopi, vel Abbatis parte in dubium revocari, vel ab ea resliri posset.

Nos qui pro his quoque Ecclesiis stabilem, & indeficientem regiminis & gubernii methodum assignare cupimus, iisdem Causis in Nostris Literis praedictis late enunciatis adducti, dictamque Concordiam, illiusque integrum tenorem praesentibus pro expresso habentes: Motu pari &c. Monasterium praedictum in dicta Civitate Assiensis, necnon Ecclesiam Abbatialem nuncupatam Sanctissimi Salvatoris extra mœnia Civitatis Asculanae dictae Asculanae Diocesis, & in infra scriptis Locis, Castris, & Villis ejusdem Asculanae Diocesis in parte Ditionis Status Nostri praedicti sitas Ecclesias, videlicet: Ecclesiam etiam Abbatialem nuncupatam Sancti Joannis in Salaria, cum ei annexis Sancti Petri de Rosara, & Sanctae Mariae ad Caprigliam nuncupat. ac ejusdem Sanctae Mariae Villae Funti Parochialibus, seu aliis Ecclesiis, necnon Oratorio publico ejusdem Beatae Mariae Virginis Lauretanae in eadem Villa Funti, necnon unam Sancti Stephani Loci Quinzani, cum Ecclesia ei annexa Assumptionis Beatae Mariae Virginis dicti loci, & aliam Beatae Mariae Virginis Villae Osoli, cum ei annexis Ecclesiis Sanctae Luciae Villae Bovecchie, & Sancti Joannis ad Saxum nuncupat., ac aliam Beatae Mariae Virginis inter Sylvas Villae Gaici, & aliam

Quia postea innotuit in Civitate Assiensis unum Monasterium, & intra fines Diocesis Asculanae plures Ecclesias sub Abbatis Farfensis jurisdictione reperiri.

Hinc ob eandem causam illud, & illas dismembrat ab ejus jurisdictione.

Sanctae

Per hanc dismembrationem Taxa dicti Monasterii non immutatur.

Sanctio poenalis.

Dat. Pontif. Anno VII. die 15. Martii 1747.

Pontifex enunciat causas primae dismembrationis jurisdictionis Abbatiae Farfensis a se factae.



Sanctæ Anatoliæ Villæ Pastini, ac aliam Sancti Sylvestri Villæ Rocchettæ cum filiali Oratorio Sanctæ Lucie dictæ Villæ, & aliam Sancti Petri Villæ Talleani, cum ei annexa Ecclesia Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis dicti loci, ac aliam Sancti Joannis Villæ Forcellæ, cum uno Sancti Andree Planarum nuncupat., & altero Sancti Antonii Oratoriis publicis ejusdem Villæ Forcellæ, & aliam Sanctissimæ Annunciationis Villæ Arli, cum Ecclesia ei annexa Sancti Petri ejusdem Villæ, ac aliam Sanctæ Justæ Villæ Justinianæ, & aliam Sanctorum Nicolai & Hilarii Villæ Rocchæ Casaregnanæ, ac aliam Sancti Stephani Villæ Martiæ, cum Sancta Maria Villæ Vallicellæ, & ejusdem Sanctæ Mariæ Villæ Vettuli, ac Beatæ Mariæ Virginis de Ponte nativo, ac Sanctæ Catharinæ Villæ Monestini, & Beatæ Mariæ Virginis Villæ Castiglionum, ac Sancti Sebastiani Villæ Casacagnani annexis, seu filialibus Ecclesiis, & aliam Sancti Flaviani Locci, seu Villæ Venaruptæ, ac aliam Sanctæ Lucie Locci, seu Villæ Capradossi, & aliam Sancti Salvatoris Villæ Cerreti, & aliam Beatæ Mariæ Virginis Castri Polesii, cum Oratorio Sancti Benedicti in Valle Ginefra, & aliam Sancti Gregorii Villæ Talvacchiæ, & aliam Sanctæ Mariæ Arcis Montis Calvi, & aliam Sancti Joannis Villæ Arolæ, cum ei annexa Ecclesia Beatæ Mariæ Villæ Pedis Cavæ, & Oratorio Publico Annunciationis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis Villæ Turris, ac aliam S. Benedicti Vallis Aquarum cum Oratorio similiter publico Sanctæ Mariæ Gratiarum nuncupat. dictæ Vallis Aquarum, & aliam Sancti Joannis Baptistæ Aquæ Sanctæ, cum Oratorio Sancti Josephi Villæ Cagnani, ac aliam Beatæ Mariæ Virginis Villæ Farni, cum una Sancti Petri, & altera Sancti Gregorii Villæ Pleni Parochialibus Ecclesiis ei annexis, & Oratorio Sancti Cerbonii, seu Sanctæ Cerboniæ in Territorio Petralæ, & aliam Sancti Joannis Baptistæ Collagrati juxta fines Regni Neapolitani præfati cum Ecclesiis intra idem Regnum sitis ei annexis, & Oratorio Sanctæ Mariæ Villæ Franchæ, & reliquam Parochiales Ecclesias Sancti Laurentii Castri Trofei, antea, & usque nunc jurisdictioni primodicti Monasterii, illiusque pro tempore existentis Abbatis, aut perpetui Commendatarii obnoxium & obnoxias, ab ejusdem Monasterii, illiusque Abbatis, seu Commendatarii prædicti jurisdictione, superioritate, potestate & autoritate una cum ejus, & earum respectivè annexis, & Oratoriis prædictis, necnon aliisque dependentibus Ecclesiis, si quæ sint, præsentis tenore de novo in perpetuum dismembramus, separamus & sejungimus.

Et annexit uni, & alteri D. cæ. sibus in quibus sitæ sunt.

Salvat jurisdictionem Abbatis in aliis Ecclesiis.

Illoque & illis sic dismembratis, separatis & sejungentis, dictum videlicet Monasterium Civitatis Assisensis prædictæ Assisensi; Ecclesias verò prædictas, cum earum respectivè annexis, & Oratoriis prædictis, aliisque dependentibus Ecclesiis, si quæ sint, Asculanæ respectivè Diocesis prædictis, etiam perpetuò unimus, annectimus & incorporamus. omnimodamque in illo, & illis jurisdictionem Ordinariam, quæ ipsi primò dicto Monasterio illiusque Abbati, seu Commendatario prædicto competebat, ad Assisensem & Asculanos Episcopos pro tempore existentes prædictos transferimus & respectivè tribuimus, concedimus & assignamus, ipsosque Venerabiles Fratres modernos Assisensem, & Asculanum Episcopos ex nunc plenarios in prædicti Abbatis, seu Commendatarii jurisdictione hujusmodi Successores fore & esse decernimus.

Quemadmodum verò in prædictis nostris Litteris salvam & illasam, ut prius, remanere debere declaravimus Ordinariam jurisdictionem primodicti Monasterii, illiusque Abbatis, seu Commendatarii in Locis, Castro, & Ecclesiis intra proprium & particulare Territorium con-

sistentibus, & in aliis Locis & Ecclesiis, signanter in Ecclesiis aliis sitis in Diocesis nonnullis Episcopis Regni Neapolitani subiectis: Ita quoque pro præsentem dicti Monasterii, illiusque Abbatis seu Commendatarii jurisdictionem in aliis Ecclesiis intra fines dictæ Asculanæ Diocesis, sed in Locis temporalis Domini Regni prædicti sitis, præter tamen illas annexas dictæ Parochiali Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ Collagrati, cum dicto Oratorio Sanctæ Mariæ Villæ Franchæ; salvam & illasam præservamus.

Præterea respectu collationum & provisionum dictarum Ecclesiarum etiam Parochialium per præsentem dismembratarum, & ut præfertur, incorporatarum, necnon Beneficiorum in eisdem Ecclesiis ac etiam illa dicti Monasterii Monialium Civitatis Assisen. præfata, forsitan consistentium, & quarum, ac quorum provisio Abbati, seu Commendatario prædicto hæcenus spectavit; idem prorsus quoad jus, formam, & modum ad illas & illa nominandi seu præsentandi, & illas, ac illa conferendi & providendi, quod in eisdem Litteris pro aliis Ecclesiis, & Beneficiis per illas, ut præfertur, dismembratis, præscriptimus, etiam ipsius primodicti Monasterii Commendatarius fuerit prædictæ S. R. E. Cardinalis, fervari etiam volumus & mandamus.

Demum in recognitionem dismembrationis dictarum Ecclesiarum intra fines Diocesis Asculanæ existentium per præsentem factæ, volumus quoque & statuimus, ut Ecclesiæ Asculanæ prædictæ Episcopus pro tempore existens, pro tempore etiam existenti primodicti Monasterii Abbati, seu Commendatario, aut illius Procuratori legitimo, libras viginti ceræ albæ singulis annis offerre & præstare teneatur.

Quocirca memoratas nostras Litteras, & præsentem Motus Nostri Schedulam cum omnibus, & singulis in eis contentis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, vel impugnari posse, sed eas, & præsentem, omninò ac semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, eisdemque Episcopis plenissimè suffragari, necnon ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus Scheda subscripta, seu Concordia prædicta, quatenus opus sit, ac omnibus illis, quæ in dictis nostris Litteris volumus non obflare, caterisque contrariis quibuscumque.

Fiat Motu proprio P.

ET cum absolute a censuris, ad effectum &c. Et quod Nostrarum Litterarum prædictarum tenor, ac data habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis etiam gratis per viam de Curia, cum clausula perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam, si, & quomodocumque videbitur, expediendis. Et de perpetuis dismembratione, separatione, sejunctione, unione, annexione, incorporatione, voluntate, decreto, aliisque præmissis, ut supra, in dictis literis latissimè extendendis. Volumus autem, per ea, quæ in Præsenti statuimus, taxam primodicti Monasterii in Libris Camera Apostolicæ præfinitam nul-

Quoad conferendi Ecclesias dismembratis & Beneficiis in eis sitis idem præcipit quod in prima dismembratione.

Taxat Canonem in vendendum ad Episcopum Asculano.

Clausula præservata.

Fiat P.

latenus

latenus imminui. Volumus praterea, quod sola presentis Schedules Nostri Motus proprii signatura sufficiat, illique, ac illius quoque exemplis, seu transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Persona in Ecclesiastica dignitate constituta Sigillo munitis, tanta ubique fides adhibeatur in Judicio, & extra, quanta si sub Plumbo Nostro expedirentur, & originaliter exhiberentur, adhibenda esset, & adhiberi deberet, regula quamque contraria non obstant.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorum pridie Idus Augusti Anno Septimo.

Dat. Pontif. anno VII. die 12. Augusti 1747.

XXXIII. De Jurisdictione Episcopi Tusculani in Clerum, & Populum Territorii Abbatiae Cryptae Ferratae.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis studium in discutiendis negotiis Ecclesiasticis.

INTER multa onera cum Sacrosancti Apostolatus Officio debilibus humeris nostris imposita, ad evitandum, quantum in Nobis esset, inutilis Servi condemnationem, hoc plane connumerandum censuimus, ut non solum praesentia nostra assiduum operam impenderemus Congregationibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, in quibus Religionis negotia, aliaque graviora, pro Catholicae Ecclesiae regimine in dies occurrentia tractantur; Generali nimirum Congregationi Sacrorum Rituum, quoties praecipua capita Causarum Beatificationis Servorum Dei, aut Beatorum Canonizationis in ea expenduntur; sicut etiam Congregationi Sanctae Universalis Inquisitionis, quae per singulas hebdomadas coram Nobis habetur; saepe etiam illi, in qua de Propaganda Fidei rationibus agitur; atque alteri, quae preposita est executioni & interpretationi Decretorum Sacri Tridentini Concilii; ac demum praeter alias Congregationes in peculiaribus casibus deputatas, & coram Nobismetipsis coactas, Supremae Signaturae Gratiae, quam vocant, in qua inferiorum Tribunalium judicata, totaque administranda Justitiae ratio ad trutinam revocantur; Verum etiam, si quando graviores controversiae inter Ecclesiasticas potissimum personas orientur, ut eas ad iudicium Nostrium advocemus, easque, reseratis tum litium diuturnitatibus ac dispendiis, tum parvum querelis ac similitudinibus, modo cum Auditorum Causarum Palatii nostri coram Nobis congregatorum, modo cum aliorum gravium, atque prudentum Virorum consilio, non sine proprio labore ac diligentia, multaque temporis, ut plurimum somno detracti, in discutiendis rationum momentis, evolvendisque domestica Bibliotheca nostra libris, impendio, definitionis nostrae Oraculo decideremus, penitusque de medio tolleremus.

Et in libris judicandis, & extinguendis.

Controversia jurisdictionalis inter Episcopum Tusculanum, & Abbatem Commendatarium Cryptae Ferratae.

Quod genus oneris a Nobis pro communi utilitate libenter susceptum, quum Nobis propositum sit, donec Omnipotenti Deo valetudinis nostrae vires servare placuerit, nullo pacto deponere; facile adducti sumus, ut exortam nuper litem & controversiam inter bonae memoriae Josephum hujus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Accoramboni nuncupatum, cujus ex hac vita migrationem superioribus diebus eluximus, tamquam Episcopum Tusculanum ex una, & dilectum Filium nostrum Joannem Antonium Tituli Sanctorum Silvestri & Martini in Montibus Presbyterum ipsius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Guadagni nuncupatum, tamquam Monasterii, Abbatiae nuncupati, Sanctae

Mariae de Crypta Ferratae Ordinis Sancti Basilii, Abbatem Commendatarium ex altera, partibus, ad Nosmetipsos avocarem; inappellabili iudicio Nostro definiendam ac terminandam. In qua controversia quum praedictus Josephus Episcopus Cardinalis contenderet praedicti Monasterii Territorium suae Tusculanae Diocesis portionem esse, proindeque se omnimodam suam Ordinariam Jurisdictionem in eo exercere posse; contra vero praefatus Joannes Antonius Cardinalis & Abbas Commendatarius defenderet; hujusmodi Territorium ab ipsa Tusculana Diocesi omnino separatam existere, seque illius Ordinarium esse, cum plena & quasi Episcopali Jurisdictione in Clerum & Populum, privative ad ipsum Episcopum Tusculanum; Nos omnibus mature librat, quae in copiosis juris & facti allegationibus, & monumentorum collectionibus tam ex una, quam ex altera parte oblati, deducta sunt, auditis quoque oretenus utriusque partis Defensorum & Advocatorum Informationibus, atque in consilium adhibitis duobus viris in Canonica facultate peritissimis, Dilecto scilicet Filio Magistro Ildephonso Clemente de Arostegui Cappellano Nostro & Causarum Palatii Apostolici Auditore, qui, edito volumine, cujus Titulus est: Concordia Pastoralis; eximium suae in hoc rerum genere scientiae specimen dedit; ac dilecto pariter Filio Magistro Clemente Argenvilliers Consistorialis Aulae nostrae Advocato, ac Praelato Domestico, & Auditore nostro; cujus etiam doctrinae in hac ipsa controversiarum specie plura monumenta extant in consultissimis disceptationibus multorum annorum decursu, dum in exercitio Fori magna cum laude versaretur, ab ipso editis; hisque coram Nobis die XIII. elapsi Februarii mensis accitis; ac diligenti cum iisdem tractatu habito, totam hujusmodi controversiam in hunc, qui sequitur, modum dirimere ac definire statuimus.

Quamvis autem, ut supra diximus, ipsius controversiae summa praecipue circa Territorium separatam, & jurisdictionis Ordinariae & quasi Episcopalis competentiam verteretur; quum tamen in ipsius discussione alii quidam articuli excitati fuerint, nimirum circa jurisdictionem Baronalem Abbatis Commendatarii in praefati Monasterii Territorio; circa ipsius Monasterii & Monachorum in eo degentium exemptionem passivam ab Ordinaria jurisdictione Episcopi Tusculani; ac demum circa curam animarum, quae in praefata Ecclesia Sanctae Mariae Cryptae Ferratae, & in ipsius Parochiae ambitu exercetur ab uno ex Monachis ipsius Monasterii: Nos ut omnia litium germina stirpitus evelleremus, ac perpetuae pacis tranquillitatem firmiter stabili-remus, super his etiam matura deliberatione praehabita, opportunas declarationes & ordinationes futuris temporibus observandas, edere, & pronunciare statuimus.

Itaque, quod attinet ad primum, ad temporalem videlicet, seu Baronalem jurisdictionem Abbatis Commendatarii, quam Episcopus Tusculanus in suis allegationibus impugnabat, decrevimus, & pronunciamus, ipsum Episcopum in hoc non esse legitimum Contradictorem; ideoque Abbatem Commendatarium praedictum, hujusmodi oppositione nihil obstante, jure suo uti posse, si quod ipsi competit quoad praedictam temporalem & Baronalem jurisdictionem.

Ad secundum, nimirum quod spectat ad exemptionem passivam Monachorum & Monasterii Cryptae Ferratae ab Ordinaria jurisdictione Episcopi Tusculani, diximus & pronunciamus, hujusmodi exemptionem passivam praedictis Monachis & Monasterio competere, eisdemque illa gaudere debere, ad formam Privilegiorum eisdem, ut infra latius dicemus, ab Apostolica

Ad Pontificem advocatur, & ab eo definitur, cum consilio &c.

Quaedam incidentia controversiae capit.

i. De Jurisdictione Baronali Abbatis. Rejicitur contraria instantia Episcopi Tusculani.

II. Exemptio passiva Monasterii & Monachorum firmatur.

III.  
Animarum  
cura, & le-  
gitima exi-  
stentia Pa-  
rochia in Ec-  
clesia Cyp-  
tae Ferratae  
canonizatur.

Jurisdic-  
tio  
Ordinaria in  
Territorio  
Cryptae Ferr-  
atae adju-  
dicatur Episc-  
po Tuscula-  
no.

Monasterium  
cum suo Ter-  
ritorio in  
Diecepsi Tus-  
culana exi-  
stet.

Unde illius  
praesentia se-  
paratio pro-  
banda esset.

Vel per pri-  
vilegium A-  
postolicum.

Vel imme-  
morabilem  
consuetudi-  
nem.

Sede indultorum; salvis nihilominus, & firmis remanentibus Sacrosancti Tridentini Concilii, necnon ejusdem Apostolicae Sedis posterioribus Constitutionibus, & Ordinationibus, quoad illos omnes & singulos casus, in quibus Regulares, etiam exempti, Episcopi jurisdictioni sive Ordinariae, sive Delegatae, subesse debent.

De tertio, videlicet de animarum cura in Ecclesia praefati Monasterii, ut supra diximus, administrata; decrevimus ac definivimus, constare de legitima existentia Parochiae in praedicta Abbatiali Ecclesia, quamvis illius erectio nequaquam exhibita fuerit; quum satis demonstratum fuerit, hujusmodi Curae Parochialis exercitium in ipsa Ecclesia, & in ipsius Monasterii Territorio, ab antiquo tempore viguisse & vigere; Quocirca statuimus, praedicto Abbati Commendatario competere jus praesentandi eorundem Episcopo Tusculano unum aliquem pro tempore Sacerdotem sive Saecularem, sive Regularem, qui tamen Latinum Ritum observet, atque hunc a praedicto Episcopo examinandum esse, & ad ipsius Curae exercitium rite approbandum; eundem vero, quamvis Regularis Monachus existat, tamen eidem Episcopo subesse debere in his omnibus, quae praedictam Curam & Sacramentorum administrationem concernunt, juxta Decretum praedicti Concilii Tridentini cap. 11. sess. 15. de Regularibus, nostramque Constitutionem, quae incipit: *Firmandis*, viii. Idus Novembris anni MDCCXLIV. editam, & impressam in Bullario nostro Tom. 1. num. 109.

De ipsa denique Episcopali Ordinaria jurisdictione in praefato Territorio Cryptae Ferratae, an scilicet ea ad Episcopum Tusculanum, an vero ad Abbatem Commendatarium, aut Monachos ipsius Monasterii, pertineat; quod erat praecipuum, vel potius unicum propositae controversiae caput; decernendo pronunciamus, & pronuncians decrevimus, hujusmodi jurisdictionem Ordinariam & Episcopalem in Clerum & Populum universum praedicti Loci, & Territorii Cryptae Ferratae, competere Episcopo Tusculano, non autem Abbati Commendatario, aut Monachis ipsius Monasterii.

Et sane dubitari nequit, quin Territorium Cryptae Ferratae situm sit intra fines Diocesis Tusculanae. Nam, praeterquamquod in eo loco, ubi nunc Monasterium ipsum cum adnexis Aedificiis existit, ex magis recepta Antiquariorum sententia, Ciceronis Villa olim fuit, in qua scilicet ille Philosophicas Quaestiones conscripsit, quas de Loci nomine *Tusculanas* appellavit; id quod magno argumento est, eundem locum deinceps in Diocesi Tusculana comprehensum fuisse; ipsi profecto ejusdem Monasterii Monachi jam usque ab anno MCXLV. in quadam controversia inter ipsos, & Episcopum Tusculanum oborta, quae a Praedecessore Nostro Eugenio Papa III. definita fuit; dum exemptionis suae amplitudinem adversus eundem Episcopum, nonnulla jura in eorum Monasterium sibi competere asserentem, strenue tuerentur, ultrò tamen professi sunt, Monasterium suum in *Tusculanensi Parochia constitutum* existere. Ubi autem constat de existentia Loci intra alicujus Episcopi Diocesim, non potest Praelatus Inferior jure asserere, in eo loco veram qualitatem Nullius cum Territorio separato sibi acquisitam esse, & jurisdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem in eundem, privatim ad Episcopum, sibi competere; nisi clarum exhibeat Apostolicae Sedis Privilegium, quo idem locus a Diocesi & jurisdictione Ordinaria Episcopi dismembratus, avulsus, & separatus fuerit, ipsiusque Praelati jurisdictioni per omnia subjectus; vel nisi, deficiente hujusmodi Privilegio Apostolico, immemorabilem saltem consue-

tudinem sibi faventem attulerit, cum omnibus requisitis circumstantiis juridice probatam, eamque non limitatam, ad unum aliquod actuum genus, sed quae omnes complectatur actus, in quibus Episcopalis jurisdictionis jura consistunt, eosque ostendat a se pacifice, & sine ulla Diocesani Episcopi contradictione, exercitos fuisse; quum ea sit immemorabilis possessionis & consuetudinis natura, ut legitimam Privilegii Apostolici praesumptionem & famam inducat.

His sane principiis in hujus generis Litibus definiendis proceditur, & procedendum esse non dubitatur, ex quo potissimum ea de anno MDCCXXI. studiose ac mature discussa, & pro regulis constituta sunt in quadam Congregatione particulari ex sapientioribus & doctioribus illius temporis S. R. E. Cardinalibus, Romanaeque Curiae Praelatis composita, cujus Congregationis Nos tunc in minoribus constituti Secretarii munus obtinimus; eademque a sanctae memoriae Praedecessore nostro Clemente Papa XI. approbata sunt, ut videre est in Decreto V. impresso ad calcem illius Bullarii; Nec aliis profecto principiis inherendum esse censuimus, quum actum fuit de dirimenda veteri controversia inter Episcopum Conversanum, & Militiam Hospitalium Sancti Joannis Hierosolymitani, super competentia jurisdictionis Ordinariae in Oppido Putiniani; quam controversiam Nos ipsi quatuor ab hinc annis, cum consilio totius Auditorii Caesarum Palatii Nostri, Apostolica auctoritate definivimus, & perpetuò extinximus; quae de re extant Literae Decretales in Bullario Nostro impressae Tom. 1. num. 76.

Equidem Praedecessor Noster Callistus Papa II. praefatum Monasterium Cryptae Ferratae sub jurisdictione Sanctae Romanae Ecclesiae despondit, constituitque, ut nullus Episcopus, praeter Romani Pontificis licentiam, in ipsum excommunicationis seu interditionis sententiam inferre praesumeret. Eugenius quoque Papa III. similiter Praedecessor Noster praedicti Callisti Privilegia eidem Monasterio confirmavit: Cumque tunc existens Episcopus Tusculanus, non obstantibus hujusmodi Privilegiis, nonnullis Episcopalis jurisdictionis actus in ipso Monasterio exercere contenderet, quae ab Episcopis Praedecessoribus suis exercita fuisse dicebat, ipse Eugenius Praedecessor, re cognita, adversus Episcopum sententiam tulit. Cui quum Episcopus non planè acquiescisset, eandem litem sub altero Praedecessore Hadriano Papa IV. instauravit, nova veteribus addens postulara, quae tamen omnia ab ipso Hadriano Pontifice rejecta fuerunt, inunctumque Episcopo fuit, ut sententia a praefato Eugenio Pontifice promulgata irrefragabiliter acquiescens, si quid praeterea juris, praeter id, quod in ipsa sententia continebatur, in praefato Monasterio eundem habere contingeret, id omne, etiam si post latam sententiam illud obtinisset, abrenunciare, & resignare deberet. In quorum tamen compensationem ipse Hadrianus Praedecessor aliud Monasterium Sanctae Mariae de Pecho nuncupatum Episcopo Tusculano concessit, ejusque Diocesi perpetuò univè & incorporavit. Atque haec omnia a Gregorio Papa IX. Praedecessore pariter Nostro per Literas Apostolicas confirmata & roborata dignoscuntur.

Verum Apostolica hujusmodi Privilegia, ipsum dumtaxat Monasterium Cryptae Ferratae, aut ad summum Monachos in eo degentes respiciunt; atque illius, illorumque demonstrant exemptionem a jurisdictione Ordinaria Episcopi Tusculani, cui de cetero ex jure Canonum subesse debuissent. Sed in ipsis nulla mentio fit jurisdictionis activae Abbatis, aut Monachorum, in Clerum & Populum illius Territorii.

Pravilegi  
regule  
dantur.

Privilegi  
judicium  
Abbate  
Commenda-  
tario pro-  
ta.

Eadem  
exemptio-  
nem pass-  
vam Mon-  
asterii ret-  
runcat.

Ideoque

Jurisdic-  
tio Episcopi  
in Territo-  
rium in ipsis  
supponitur.

Ideoque ad meram exemptionem passivam referri debent; neque eorum vigore dici potest eisdem concessam fuisse Ordinariam aëivam jurisdictionem in Clerum & Populum; aut constitutum fuisse Territorium separatum, ab ipsius Monasterii Abbate, aut Monachis, cum hujusmodi quasi Episcopali jurisdictione regendum, & gubernandum. Quin immò quum supraddictus Eugenius Prædecessor in præfata sententiâ, de duabus ipsius Monasterii Grancis, nimirum de Cappellis Sancti Benedicti, & Sancti Pancratii, quas Episcopus ad se pertinere, Monachi autem ab illius potestate immunes esse asserabant, statuerit ac decreverit, Episcopum Tusculanum in Ecclesia Sancti Benedicti quartam partem omnium Decimarum, & oblationum mortuorum; & in Ecclesia Sancti Pancratii quartam partem totius medietatis omnium Decimarum, & oblationum mortuorum jure perpetuo habere; Presbyteris verò, qui in Cappellis ipsis pro tempore ad animarum curam deputandi essent, ab eodem Episcopo, cum Abbatis consensu, Institutionem authorabilem concedi debere; ipsos autem teneri de Populi quidem Curâ, Episcopo Tusculano, de rebus verò temporalibus ad Monasterium pertinentibus, ipsius Monasterii Abbati rationem reddere; tantum abest, ut sententia ab Eugenio Pontifice lata, & a prædictis illius Successoribus confirmata, ad stabiliendam Ordinariam, & quasi Episcopalem Abbatis jurisdictionem, & præteritum ab eo Territorium separatum, ullo modo conferat; quin potius Episcopi Tusculani jurisdictioni mirifice favet, dum illius jurisdictionem in Clerum & Populum, non obstantem passiva exemptione Monasterii, & Ecclesiarum ab eo dependentium, expressè præservare dignoscitur.

Ritus Græcus in Monasterio Cryptæ Ferratæ constantè servatus.

Ut autem magis elucesceret, que ad hujusmodi controversiam dirimendam amplius conferre possent, minime supervacaneum duximus ad Historiam fundationis ipsius Monasterii Sanctæ Mariæ de Crypta Ferratæ, animum intendere. Ex hac itaque constat, illud sub initium sæculi undecimi fundatum fuisse a duobus Sanctis Monachis Nilo & Bartholomæo, qui & natione, & ritu Græci erant; & quidem hujusmodi Ritus Græcum in ipso Monasterio semper servatum fuisse; annuentibus, quin potius volentibus Romanis Pontificibus; qui etiam, quoties Missarum solemniam augustiore Ritu celebrabant, ut in Libris Ritualibus memoriæ proditum est, antequam Collegium pro Clericis Græcis a pia memoriæ Gregorio Papa XIII. in Urbe erigeretur, consueverunt ex eodem Monasterio duos evocare Monachos, quorum unus Epistolam, alter Evangelium Græco idiomate, ut mos est, in Missa Pontificali canerent. Præterea Monachi in prædicto Monasterio degentes Sacrosancta Mysteria in fermentato conficere non destiterunt, usque ad tempora Besarionis hujus S. R. E. Cardinalis, cui primùm a felicis recordationis Pio Papa II. Prædecessore Nostro, Anno Domini MCCCCLXII., idem Monasterium commendatum fuit: Ipse autem Besarion Cardinalis ab Apostolica Sede indultum obtinuit, ut Monachi prædicti, exemplo Maronitarum & Armenorum, a proprio ritu non recedentes, in azymo consecrarent, & sacris Latinorum Vestibus induti, Græco tamen idiomate & Ritu, Missas celebrarent. Nec nisi sub posterioribus Romanis Pontificibus Paulo V., Urbano VIII., & Innocentio X., iisdem concessum fuit, ut in gratiam Christifidelium confluentium ad Ecclesias Ordinis Sancti Basilii, cujus ipsi Regulam proficerent, nonnulli ex ipsis deputarentur, qui Latino Ritu, & Linguâ Missarum Sacrificia peragerent.

Quæ excludunt præsumptionem concessæ ju-

Ex quibus omnibus validum conficitur argumentum, ut ne quis probabiliter putet, supraddictos Prædecessores Nostros Callistum II., &

Eugenium III. constituere voluisse Territorium separatum, cum Ordinaria, & quasi Episcopali jurisdictione in Clerum & Populum, favore Abbatis, & Monachorum Monasterii Cryptæ Ferratæ; quod sanè nil aliud fuisset, quam subditos Latinos ab Episcopi Latini superioritate divulsos, contra constantem Ecclesiæ disciplinam, Prælati Græci jurisdictioni subicere; ac præterea efficere, ut Fideles Latini, propè ipsa Romanæ Urbis mœnia, relicto usu azymi, sacram Eucharistiam in fermentato susciperent; neque enim in Ecclesia præfati Monasterii de mysticis donis potuissent in alia specie communicare, quàm in ea, in qua inibi consecrabantur. Quod quidem nemo sibi persuaserit, qui sciat, inter Auctores, qui celebrem quæstionem de Azymo, & Fermentato tractarunt, nullum inveniri, qui promissum utriusque usum in Ecclesiâ Latinâ, eundemque non continuum, sed interruptum, post decimum Ecclesiæ sæculum mansisse contendat; multos verò esse, qui solidis rationibus confirmant, disciplinam Azymi ab ipsis Apostolorum temporibus in Ecclesia Occidentali inveciam, & semper deinceps inviolatè servatam fuisse. In omnibus verò locis Italiæ Nostre, in quibus Græci simul degerent & Latini, hoc fuit perpetuum Apostolicæ Sedis institutum, ut Græcos, sine ullo proprii Ritus detrimento, Latinorum Antistitem jurisdictioni subesse voluerit: Nullibi autem statutum esse reperietur, ut Populus Latinus ab obedientia Episcopi Latini subtraheretur, Prælati Græci jurisdictioni subditus fieret.

Atque hæc sufficere visa sunt, ut Apostolicorum Privilegorum, quæ pro parte Abbatis Commendatarii Cryptæ Ferratæ, tamquam expressa præsentis suæ jurisdictionis fundamenta asserbantur, nullam rationem habendam esse judicemus. Sed quoniam, ut supra diximus, deficienti Titulo expresso, fundari potest Titulus præsumptus in immemorabili hujusmodi jurisdictionis exercitio, & quasi possessione, de hac consequenter videndum superest. Neque verò a Nobis summo jure expenditur, an postquam præsentis Titulus productus est, isque minus aptus, & ad intentum inefficax deprehensus fuit, adhuc tamen permittendum sit, ut de adstruendo præsumpto Titulo agatur. Sed quum sit de essentia immemorabilis consuetudinis, ut nihil contra eam auditum unquam, vel dictum, aut factum fuerit; contra verò satis constat, quod series actuum jurisdictionalium, quos Abbates pro tempore exercuerunt, non semel interrupta fuit per alios similes actus intra Territorium Cryptæ Ferratæ ab Episcopis Tusculanis pro tempore exercitos; non modo exclusâ remanet hujusmodi præsentis immemorabilis favore Abbatis, quin potius Episcopo, qui pro se habet assistentiam juris, ea quoque regula suffragatur, quod unus dumtaxat actus ab ipso exercitus in eo Territorio, quod intra fines propriæ Diocesis consistit, totam ipsius Ordinariam jurisdictionem in idem Territorium, quoad reliqua etiam, integram præservat.

Quod autem pertinet ad Titulum *Nullius Diocesis*, quod prædictus Abbas Commendatarius Monasterio suo dudum attributum fuisse, monumentis undique collectis demonstrare nitentur, ex adverso Episcopus, aliis adductis tum veteribus, tum recentioribus documentis, in quibus idem Monasterium *Tusculana Diocesis* nuncupatur, satis probavit præfatum appellationem nequaquam constantem & perpetuam, ut par erat, extitisse: Neque verò novum est, quod Monasteria aut Loca, quæ gaudent exemptione passiva, quemadmodum proculdubio gaudet Monasterium, de quo agitur, aliquando appellata fuerint *Nullius Diocesis*, quum & apud Scriptores, & in ipsis Decretis Sacri Tridentini Concilii, plura hujusmodi loquutionis exempla suppetant.

1747.  
jurisdictionis  
in Clerum,  
& Populum  
Latinum.

De præsentia immemorabili.

Ea destruitur, i. per actus jurisdictionales ab Episcopis exercitos.

2. Per appellationem Tusculanæ Diocesis eidem Monasterio sæpe tributam.

1747.

3. Per ac-  
tus Abbatum  
de propriis  
facultatibus  
dubitanti-  
um.

Denique quum Abbates Commendatarii Cryptæ Ferratæ pro tempore exsistentes, facultatem approbandi Monachos ipsius Monasterii ad audiendas in ea Ecclesia Sacramentales Confessiones Sæcularium, sive in ipso Monasterio habitantium, sive aliunde ad ipsam Ecclesiam confluentium, ab Apostolica Sede postulaverint, & obtinuerint; quumvis ea facultas ad cautelam, & ad majorem conscientia securitatem perita fuisse dicatur; hoc ipsum aperte demonstrat, non satis firmam eisdem Abbatibus fuisse opinionem de suo Territorio separato, ac de activa & quasi Episcopali jurisdictione in Clerum, & Populum; adeoque ipsosmet aliquando audisse, præsentia jura sua non levis rationibus in dubium revocari; id quod asseritam immemorabilem præfatus destruit, ut supra diximus.

Sententia  
profertur fa-  
vore Episco-  
pi Tusculani.

His igitur, aliisque legitimis fundamentis innixa fuit definitiva sententia, quam pro hujus litis, & controversiæ decisione, omnibus maturè perpensis, ac de unanimi præmissorum consilio, ipsa die decima tertia proxime lapsi mensis Februarii, protulimus; quamque nunc per hæc Apostolica scripta edicimus, promulgamus, & Apostolicæ potestatis Nostræ plenitudine confirmamus, & roboramus.

Nova Pri-  
vilegia, &  
Indulta con-  
ceduntur  
Abbati Com-  
mendatario  
Cryptæ Fer-  
ratæ.

Et nilominus antiquum respicientes splendorem ipsius Monasterii Sanctæ Mariæ de Crypta Ferratæ, ac memores insignium Abbatum, qui & ejus primævum Claustrale gubernium, & deinceps ipsius commendatum regimen obtinuerunt; præcipuam verò rationem habentes singularium meritorum prædicti Dilecti Filii Nostri Joanni Antonii Presbyteri Cardinalis, hodierni ipsius Abbatis Commendatarii, qui non modò cum eximia sui nominis laude demandatum sibi munus Vicarii Nostri in Urbe, ejusque Districtu exercet; sed etiam, tamquam diligens præfati Monasterii Præsul, pro commendata sibi illius jurium defensione, omnia monumenta ad hunc effectum opportuna, etiam in sanctoribus Apostolicæ Sedis Tabulariis conquesta, non sine magna impensa, colligere & proferre non prætermisit, omniaque rationum momenta ab egregiis Jurisconsultis deduci & exponi curavit; eidem Joanni Antonio Cardinali, & Abbati Commendatario, ejusque in perpetuum, infra scripta Privilegia, & Indulta, Motu proprio, ac de Apostolica liberalitate, & auctoritate, tribuimus & imperimus.

I. Confe-  
rendi Sacra-  
mentum  
Confirmationis  
semel in  
anno.

Primum videlicet, ut tam ipse, quam illius Successores præfati, dummodo Episcopali charactere præditi sint, Sacramentum Confirmationis in ipsa Ecclesia Abbatiali semel singulis annis administrare, ac omnibus illud expectentibus per se ipsos ritè conferre possint, & valeant.

II. Appro-  
bandi Con-  
fessiones pro  
Sæcularibus,  
in perpetuum.

Secundum, ut, quoniam Prædecessores Nostri Romani Pontifices ejusdem Monasterii Abbatibus pro tempore Commendatariis facultatem concesserunt approbandi aliquot ex ipsius Monachis ad excipiendas Confessiones Sacramentales Fidelium ad eandem Abbatialem Ecclesiam confluentium; hujusmodi facultas, quam Nos ipsi prædicto Joanni Antonio Cardinali ad ejus vitam, seu donec ejusdem Monasterii Commendam obtinuerit, per Apostolicas Literas in forma Brevis elargiti fuimus, non ad ipsum solummodo hodiernum Abbatem Commendatarium, sed ad futuros etiam illius Successores in perpetuum extensa sit, & esse censeatur; quibus etiam Monachis, ab Abbatibus Commendatariis pro tempore, ut præfertur, ad Sæcularium Confessiones approbatis, aliquoties infra annum, ac potissimum in solemnioribus Festivitatibus, in quibus frequens populus ad prædictam Ecclesiam Cryptæ Ferratæ accedere so-

let, facultatem absolventi a peccatis in ipsa Tusculana Diocesi reservatis, per futuros pro tempore Episcopos Tusculanos indulgeri, plurimum in Domino cupimus, & Apostolicis hortationibus suademus.

Tertium, quod spectat ad Matrimonia contrahenda a personis Territorium incolentibus Cryptæ Ferratæ, ut idem Abbas Commendatarius, ejusque Successores possint examina Testium super statu libero contrahentium per Cancellarium Abbatialem recipi facere; nec non Monacho animarum curam pro tempore exercenti licentiam impertiri pro denunciationibus ad formam Concilii Tridentini faciendis, quoad personas ipsius Parochiæ subditas; dummodò tamen causæ tam super separatione Tori, quam super nullitate Matrimonii in ipsa Parochia contracti, si quas judicialiter cognosci oporteat, ad Episcopi Tusculani, non autem ad Abbatis prædictæ judicium deferantur.

Quartum denique, ut præter causas civiles, criminales, & mixtas, quæcumque ad Abbatibus Commendatariis Forum Laicale, seu Baronale, spectare dignoscuntur, idem Abbas, ejusque Successores pro tempore futuri, eas etiam causas merè civiles, quæ inter Mensam Abbatialem, aut Monasterium, seu eorum Conductores ex una, & ipsius Mensæ, aut Monasterii debitores ex altera, partibus, super canonibus, livellis, aliisque responsionibus, verti contingat, etiamsi hujusmodi causæ, ratione persona, vel ratione rei controversæ, ad Forum Ecclesiasticum pertineant, tam per se ipsos, quam per Judices a se deputatos; dummodò hi Clericali qualitate præditi sint; & dummodò neminem verbaliter, seu realiter citent, nisi intra Territorium ipsius Monasterii, aut si quem extra Territorium prædictum citare voluerint, opportunas facultates, sine *executur*, ab Ordinario Loci antea obtinuerint; in prima instantia cognoscere, decidere, ac debito fine terminare possint & valeant, motu & auctoritate prædictis, ac præsentium Literarum tenore perpetuò concedimus, & indulgemus.

Caterum supradictam sententiam a Nobis prolatam, eademque præsentem Literas, cum omnibus, & singulis in ipsis contentis, semper firmas & efficaces existere, & fore decernimus, nec ullo unquam ex capite, colore, prætextu, aut causa, etiam quantumvis juridica, & privilegiata, aut in corpore juris clausa, etiam litis pendens coram quocumque Judice, aut Tribunali, cujus litis status & merita, & alia quæcumque etiam specificam mentionem, & individuum expressionem requirentia, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, vel etiam ex eo, quod ipse Abbas Commendatarius, aut Monachi præfati, vel alii quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, vel non satis auditi, & causæ, propter quas eadem præsentibus emanaverint, sufficienter verificatæ, aut justificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari posse; sed ipsas præsentibus suos debitos, ac plenarios effectus perpetuò sortiri & obtinere, & tam Episcopis Tusculanis pro tempore existentibus, quam dicto Joanni Antonio Cardinali, & Abbati Commendatario, ejusque in præfata Commenda Successoribus respectivè, in omnibus, & per omnia etiam perpetuò suffragari.

Sicque, & non aliter in præmissis censerit, atque ita per quoscumque Judices, Ordinarios,

III. Recl-  
pendi ex-  
mina Tes-  
tium super  
statu libero.

Et conce-  
dendi licen-  
tias pro pu-  
blicationibus  
Matrimo-  
niorum.

Salvo jure  
Episcopi in  
Causis Mat-  
rimonialibus.

IV. Co-  
gnoscendi in  
prima instan-  
tia causas ci-  
viles Mensæ  
Abbatialis,  
etiam ad fo-  
rum Ecclesi-  
asticum spec-  
tantes.

Servata  
pris forma in  
Citationibus  
extra pro-  
prium Terri-  
torium ex-  
tremum.

Clausule  
præservati-  
væ.

& Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales; alioque quoslibet, quacumque præminetia, potestate, & auctoritate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

Non obstantibus præmissis Callisti, Eugenii, Gregorii, aliorumque Romanorum Pontificum Apostolicis Literis, Constitutionibus, & Ordinationibus, aliisque quibuscumque privilegiis, aut indultis, eidem Monasterio, ejusve Abbatibus Clausuralibus, sive Commendatariis, nec non præfato Ordini Sancti Basilii, ejusque Professoribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam ex titulo oneroso, etiam Consistorialiter, & motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, concessis, aut pluries approbatis, confirmatis, & innovatis; nec non Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ejusdemque Monasterii usibus, stilibus, & consuetudinibus, si quas etiam ab immemorabili tempore pacificè observatas fuisse apparuerit; quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, latissime & plenissime, ac specialiter & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, caterisque contrariis quibuscumque.

Fides præstanda transumptis.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, que habetur iisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ Sententiæ, Decreti, Declarationis, Constitutionis, Concessionis, Ordinationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. Pontif. Anno VII. die 24. Aprilis 1747.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quadragésimo septimo, pridie nonas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

D. Card. Passioneus. J. Datarius.  
VISA DE CURIA I. C. Boschi.  
J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.  
Registrata in Secretaria Brevium.  
Publicata die 24. Aprilis 1747.

XXXIV.

Ampliatur Episcopis facultas impertiendi Benedictionem cum Indulgentia Plenaria Fidelibus in mortis articulo constitutis; etiam per alios, tam in Civitatibus, quam in Diocesis, ab ipsis subdelegatos.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiæ pia cura erga

PIA Mater Catholica Ecclesia, de æterna Filiorum suorum salute in primis sollici-

ta, quum hanc intelligat ab extremo ipso mortis articulo potissimum pendere, nunquam prætermittit omnibus eos subsidiis pro hujusmodi temporis necessitate opportunis juvare, atque instruere, tam iis nimirum, quibus opus esset ad æterna præcavenda supplicia, quam quæ apta & salubria forent ad evitandas pœnas temporibus definitas, quas in altera vita humanis plerumque spiritibus, etiam dimisso mortalis culpæ, æternæque pœnæ reatu, in Purgatorio igne luendas manere non ignorat. Quamobrem, licet ex veteri simul, & recenti Ecclesiæ disciplina, graviorum quorundam criminum absolutio Romano dumtaxat Pontifici in universo Christiano Orbe, aliorum autem singulis Ecclesiarum Præsulibus in eorum Diocesis, reservata fuerit; artamen adveniente unicuique Fidelium supremo migrationis die, omnes hujusmodi absolutionum reservationes cessare, & cuilibet Sacerdoti liberam, & plenam facultatem esse, quemcumque penitentem a quibuscumque peccatis, & criminibus, nec non Ecclesiasticis sententiis, atque censuris absolvendi, providè declaratum fuit. Præterea quum in Ecclesia immensus, & inestimabilis existat Thesaurus spiritualis, ex infinitis constanti satisfactionibus Passionis, & mortis Domini Nostri JESU CHRISTI, ac præterea ex meritis, & satisfactionibus gloriose Virginis Genitricis Dei MARIÆ, omniumque Sanctorum, & Electorum, cujus Thesauri dispensationem Salvator Noster Beato Petro Apostolorum Principi, ejusque in perpetuum Successoribus tradidit; hoc semper summo studio curarunt Prædecessores Nostri Romani Pontifices, ut illius divitiis in moribundos Fideles largè diffunderent, & maximà omnium amplitudine, quæ Indulgentia Plenaria nuncupatur, cujusque impertiendæ jus in Apostolica Sede unice residet, ipsis potissimum applicarent: Quam quidem in rem Episcopis per Ecclesias constitutis vices suas cum opportunis facultatibus delegarunt; ne ullus in Orbe Terrarum angulus esset, ubi Catholicæ Religionis professoribus hujusmodi adjumenti copia deesset, pro extremo illo momento, quo ipso salutis causa in discrimen adducitur.

moribundos Fideles.

Ut & peccatis absolvantur.

Et promeritas pœnas evadant.

Forma Indulgentiarum pro largitione Indulgentiæ Plenariæ in articulo mortis, Episcopis concedi solet.

Hactenus hujusmodi facultas Episcopis concedi consuevit, Pontificis nomine, & auctoritate, per privatas Epistolas ipsius Secretarii Brevium secretorum, qui expositâ Pontifici petitione pro parte cujusque Episcopi, & pro spiritali utilitate ipsius Subditorum ad se delatâ, referribere solebat, petitam facultatem ab ipso Pontifice eidem indulgeri ad Triennium proximum; hac tamen lege, ut ipse eâ uteretur, nimirum Benedictionem impertiret, & Indulgentiam Plenariam ægrôtis in mortis articulo constitutis largiretur per se ipsum immediatè, vel, quatenus Episcopum suffraganeum haberet, per Dominum Suffraganeum suum; nec, nisi necessitate cogente, & quidem nocturno tempore, alium Sacerdotem in singulis peculiaribus casibus subdelegare posset: Ubi verò præcisâ necessitas exegerit, ac insimul noctis tempore dumtaxat, idem permittit, ut alicui Sacerdoti pio, per Dominationem Vestram qualibet vice eligendo &c. communicare valeat. Quo verò ad Moniales, Ordinarium earum Confessarii operâ in eum finem uteretur.

Forma ampliatio alias expetita fuit.

Hanc porrò facultatem, prout in hujusmodi Literis concedebatur, Ecclesiarum Pastores jamdudum judicarunt angustis nimirum limitibus circumscriptam; non solum ob brevè Triennii spatium ipsi præstitum; verum etiam quia, propter relatas leges circa illius usum præscriptas, ab hujusmodi Indulgentiæ Plenariæ beneficio excludi videbant plerisque fideles sibi subjectos, præsertim verò eos, quos extra

1747.

ipforum Residentiæ locum, & in remotis Diœcesum regionibus infirmari contingeret; nec defuerunt instantiæ Vicariorum Capitularium, & Vicariorum Apostolicorum, sicut etiam Prælatorum inferiorum Territorium separatim habentium, cum activa in Clerum & Populum jurisdictione, qui eandem facultatem Episcopis concedi solitam, sibi quoque tribui postularunt: Quibus de rebus actum fuit die XXI. Novembris MDCCX. in Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Indulgentiæ & Sacris Reliquiis præpositâ, cujus Consultoris officium in minoribus tunc constituti obtinebamus; sed nihil tunc temporis est innovatum, resque in priori statu relicta fuit.

Congregatio Concilii in eundem sensum devenit.

Cum verò deinceps alterum quoque munus Secretarii Congregationis Decretorum Concilii Tridentini interpretis Nobis in minoribus pariter degentibus demandatum fuisset; instante Episcopo Mazarinæ tunc existente, duo Dubia eidem Congregationi definienda proposuimus, unum videlicet, an, stante dispositione præmissarum Epistolarum Secretarii Brevium, ut scilicet Episcopus pro impertienda Monialibus Benedictione, & Indulgentia Plenaria eidem in articulo mortis applicanda, earum Confessarii operâ uteretur, licitum sit Episcopo, Monasterii Clausura ingredi, ut hujusmodi pium opus per se ipsum adimpleat; alterum verò, quatenus id Episcopo permitatur, an, & a quibus comitatus Monasterium ingredi debeat; super quibus, perpenso Folio a Nobis pro hujusmodi questionum elucidatione de more exarato, die x. Maji anni MDCCXXVII., responsum fuit, ad primum: Licere Episcopo, quoties voluerit, ad impertiendam Benedictionem Moniali in mortis articulo constitutæ Monasterium intrare. Ad secundum; Episcopo ad hunc effectum intra Monasterii septa se conferenti comites esse debere Confessarium ordinarium ipsius Monasterii, aliumque Sacerdotem ipsius Episcopi arbitrio eligendum. Rescripto autem additum fuit: *Et ad Dominum Secretarium cum Eminentissimo Secretario Brevium;* quibus nimirum verbis Nobis demandatum fuit, vel cum bonæ memoriæ Cardinali Oliverio nuncupato, tunc Brevium secretorum Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII. Secretario, ageremus, pro ampliacione facultatum in memoratis Epistolis contentarum, quarum formulam a Nobis in Folio tunc eidem Congregationi, ut præfertur, exhibito, integrè insertam, ipsa Congregatio paulò ætioribus conclusam limitibus judicavit.

Pontificis experientia in Episcopalis Officii administratione.

Neque porò omisimus injunctum Nobis onus agendi cum præfato Cardinali Brevium Secretario quamprimum implere; verum quum paulò post ab eodem Benedicto Prædecessore in Collegium S. R. E. Cardinalium cooptati, ad regendam Episcopalem Anconitanam Ecclesiam Nos contulerimus, ex qua biennio post ad Metropolitanam Bononiensem translati fuimus, non licuit Nobis negotium istud ad optatum finem perducere. Interim verò, quum non minus pro Anconitano, quàm pro Bononiensi Populo, hujusmodi facultatem Indulgentiæ Plenariæ moribundis Fidelibus impertiendam ab Apostolica Sede, ut par erat, expetitam, juxta consuetam formam, ac superius enunciatis limitibus circumscriptam obtinuissimus; ipso statim usu, & propria experientia, in eas incidimus difficultates, quæ & anno MDCCX., ut præfertur, in Congregatione Sacris Reliquiis, & Indulgentiis præpositâ, a Nobis tanquam Consultore proposita fuerant; quæque deinceps anno MDCCXXVII. alteri Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini interpretum a Nobis etiam, pro Secretarii munere, expositæ, causam dederunt memoratæ

consultationi cum Secretario Brevium introducenda. Etenim tum in Anconitanâ, tum verò in amplioris Bononiensis Ecclesiæ regimine, animadvertimus, ob interdicitam Nobis hujusmodi facultatis subdelegationem, omnes plerumque Diœcesis habitatores hoc tanto spirituali beneficio summis suis temporibus orbatos manere; & quidem cum irreparabili damno, deficientibus per Diœcesim Collegiis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, quibus a felicitis recordationis Prædecessore Nostro Alexandro Papa VII. per Literas die xv. Januarii anni MDCLVI. datas, & perpetuò valituras, indultum fuit, ut Christianidelibus in mortis articulo constitutis Benedictionem cum Indulgentia Plenaria impertiri valeant; nec aliis extantibus Cœnobii Regularium, quibus, pro Contratribus piarum quarundam Societatum ab eorum Ordinibus institutarum, similia Indulta, & Privilegia ab Apostolica Sede concessa fuerunt. Quod verò spectat ad Incolas ipsius Civitatis, si quidem hæc, ut Bononia est, frequenti Populo sit referta, quum facultas substituendi non aliter in præfata Epistola tribuatur, quàm in casu præcisæ necessitatis cum nocturno tempore conjuncto, cum magno animi Nostri dolore experti sumus Paternæ hujusmodi charitatis actus erga dilectos in Christo Filios nostros, non eâ assiduitate, qua cupiebamus, per Nos ipsos præstari posse. Nam præterquamquod necesse habebamus nonnullis per annum mensibus a Civitate abesse, ut, juxta præscriptum Sacræ Tridentinæ Synodi, si non totam, saltem aliquam illius amplæ Diœcesis partem singulis annis coram invisendo, corrigendo, docendo, & Sacramentum Confirmationis visitatis plebibus ministrando, lustraremus; jam in ipsa Civitate degentes, nullam ferè diurni temporis horam vel a Divinis rebus, vel a Pastoralis Officii occupationibus vacuam habebamus; dum pro occurrentium negotiorum expeditione, nunc adeuntium postulationibus, nunc Ministrorum relationibus, nunc Congregationum consultationibus operam dare oportebat; recurrentibus autem Ordinationum temporibus, vel eventibus Ecclesiarum Parochialium vacationibus, aut cessantibus Confessariorum facultatibus, quas, ad nova de ipsis experimenta identidem capienda, nonnisi temporibus definitas iisdem concedere consuevimus, Examina atque Concursus sine Nobis haberi non permittebamus. Et sanè, si quis Episcopalis vitæ conditiones, ut verè se habent, considerare velit, facile agnoscat, majorum Civitatum Episcopos ferè redactos esse ad hujusmodi Benedictionis, & Indulgentiæ beneficium aliquibus dumtaxat Personis, vel genere, vel aliis qualitativis conspicuis, & quidem instantibus, & postulantibus, exhibendum; pauperibus autem, & humilioribus, ob præclusam sibi, extra necessitatis & noctis tempora, subdelegandi facultatem, vix unquam succurrere posse.

Quod si satis momenti, & auctoritatis haberet sententia a nonneme proposita, Plenariam scilicet Indulgentiam in mortis articulo concedendam non esse, nisi his, quorum eximia in Ecclesia merita extitissent; eâ nimirum de causa, quod quum pro hujusmodi Indulgentiæ consequutione vel nullum omnino opus injungi, vel nonnisi morientis statui & viribus accommodatum imponi possit, præterita dumtaxat in Ecclesia merita, cum extrema præsentis necessitate conjuncta, locum supplere possint aliorum operum, quæ cæteroquin ad Plenariam Indulgentiam adipiscendam præscribi solent; nihil profectò esset, cur aliquid nunc a Nobis innovando statueretur. Verum Prædecessorum nostrorum hac in re agendi ratio, relata opinionioni contraria dignoscitur. Ut enim multas

Episcopalis vitæ assidue occupatio.

Objectiones adversus frequentes concessiones Indulgentiæ Plenariæ in articulo mortis diluuntur.

præ-

prætereamus concessiones Indulgentiæ Plenariæ morientibus fidelibus indistincte applicandæ; quænam porro, & quam magna in Ecclesiam promerita fuisse dicemus eorum, qui quatuor ab hinc sæculis, pestifera lue per Angliam grassante, ex hac vita decedebant? quibus tamen omnibus, dummodo sacramentaliter confessi, & sacra Communione refecti fuissent, Prædecessores Nostri Clemens Papa VI. & Gregorius Papa XI. Benedictionem cum Indulgentia Plenariâ per Legatos suos impertiri non recusarunt. Sed & ipsa Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita jam usque ab anno MDCLXXV. die XII. Aprilis, re diligenter perpensâ, censuit, Indulgentiæ Plenariæ largitionem in eos etiam, qui singularibus in Ecclesiam meritis nequaquam excellerent, recte & utiliter conferri, atque diffundi.

Pontificis benignitas veteribus, & recentibus exemplis innititur.

Quapropter Apostolica charitatis nostræ viscera dilatantes, & tam veteribus, quam recentioribus Ecclesiasticâ benignitatis exemplis inhærentes; siquidem extat illustre monumentum tertii Ecclesiæ sæculi in Epistola Sancti Cypriani, quæ in novis Editionibus impressa est numero XII; quâ scilicet, in eorum gratiam, qui Libellos Martyrum obtinuerant, & in mortis periculo versabantur; quam ipse æstivis ardoribus præpediretur, quod minus, ut optaverat, ad eos reconciliandos sese conferre posset; permittit ut id, vice sua, a quocumque Presbytero, aut etiam Diacono, præstari queat: Novissimis verò temporibus, ex secundâ Mediolanensî Provinciali Synodo constat, a felicis recordationis Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII., omnibus Episcopis illius Provincia concessum fuisse, non solum ut ipsi Benedictionem cum Indulgentia Plenariâ moribundis Fidelibus impertiri; sed etiam, ut aliis hujusmodi facultatem liberè subdelegare possent: His igitur, aliisque exemplis, nec non rationibus superius relatis permoti, hac Nostrâ perpetuâ valiturâ Constitutione novas in hac materia regulas præfinire, quodque olim, ut præmissimus, de alterius sententiâ deliberandum Nobis fuerat, nunc demum de concessa Nobis Apostolica potestatis plenitudine absolvere, ac perficere constituimus.

Indulta ad triennium concessa confirmantur, & ampliantur ad vitam, seu &c.

Itaque primùm volumus atque decernimus, ut quæ facultates impertiendi Benedictionem cum Indulgentia Plenariâ Fidelibus in mortis articulo constitutis, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis nunc existentibus a Nobis, vel a Prædecessoribus Nostri ad hunc diem concessa reperiuntur, licet illæ in consecutis Epistolis Secretarii Brevium ad Triennium dumtaxat, vel alias ad definitum tempus indultæ fuerint, nihilominus præsentis nostræ Constitutionis vigore eò usque in suo robore maneat, quoad iidem Antistites earum Ecclesiarum, atque Dicecesum regimen obtinebunt, quarum favore, & intuitu easdem facultates a Nobis, & ab Apostolica Sede impetrarunt. Nos enim eas ad omne tempus hujusmodi, motu proprio, & auctoritate præfata, atque earundem præsentium Litterarum serie, extendimus, & prorogamus.

Adjecta facultate subdelegandi in Civitatibus, & Dicecesibus, etiam de die.

Utque præterea unusquisque ex Antistitibus præfatis, unum, aut plures pios Sacerdotes sive Sæculares, sive Regulares, prout necessarium fore judicabunt, in eorum Civitatibus subdelegare valeant, qui, dum ipsi Antistites aliquo legitimo impedimento detinebuntur, quamvis hujusmodi impedimentum diurno tempore occurrat, eorum vice, Benedictionem hujusmodi cum Indulgentiâ Plenariâ applicatione Christianis fidelibus in præfato articulo constitutis impertiantur; alioque similiter per Dicecesim Sæculares, aut Regulares Sacerdotes,

quotquot pro numero animarum in Dicecesibus existentium necessarios judicaverint, ad prædictum effectum deputare, & subdelegare possint; nec non eosdem a se deputatos, & subdelegatos removere, aliosque in eorum locum pro suo arbitrio, & prudentia subrogare valeant; iidem motu, potestate, & tenore, concedimus, & indulgemus.

Si verò aliquem ex Antistitibus nunc per Ecclesias constitutis, & præfata facultate gaudentibus, ad aliarum Ecclesiarum regimen Apostolica auctoritate transferri contingat; sive, aliquis eorum sit, quorum favore consueta Litteræ Secretarii Brevium ad hunc diem expeditæ non fuerint; ac denique quam novi Episcopi Catholicis Gregibus in posterum præficiantur; volumus atque statuimus, ut singulis eorum hujusmodi facultatem a Nobis, sive a Romano pro tempore Pontifice postulantes, Apostolica Litteræ in forma Brevis gratis per omnia expediantur, quibus prædicta facultas ipsis concedatur, non ad Triennium, sed ad omne tempus, quo adeptum semel Ecclesiæ regimen obtinebunt; adjecta etiam facultate subdelegandi tam pro Civitate, quam pro Dicecesi, non quidem in casu dumtaxat impedimenti cum nocturno tempore conjuncti, sed in omnibus & per omnia ad normam eorum, quæ pro Episcopis nunc existentibus, & Indulto hujusmodi actu gaudentibus, supra statuimus.

Insuper pro Prælatibus Inferioribus Territorium separatum habentibus, cum vera qualitate Nullius, & activâ in Clerum & Populum jurisdictione; quamvis Prædecessores Nostri hanc de præterito consuetudinem non habuerint; nihilominus de Apostolica liberalitate, ac simili motu & tenore concedimus & indulgemus, ut, si ab ipsis hujusmodi facultas petita fuerit, similes Litteræ in forma Brevis in posterum singulis eorum expediantur, juxta eandem formam, mutatis mutandis, quam pro Episcopis constituimus; ne exceptâ quidem facultate subdelegandi, ut supra; dummodo ipsi Prælati hanc gratiam postulantes, Apostolicis Litteris nostris Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXL. nono Kalend. Decembris datis, quarum initium est: *Quod sancta*, impressis in Bullario nostro Tom. I. num. 7., obtemperaverint; nimirum sacra Apostolorum Limina præscriptis temporibus visitaverint, & relationem status Ecclesiarum sibi subiectarum Apostolicæ Sedi exhibuerint; vel, quatenus Prælationis honorem de novo accipiant, debitum juramentum in memorata Constitutione præscriptum antea præstiterint.

Dum autem hujusmodi facultatem Episcopis eam actu obtinentibus prorogavimus, & ampliamus, ut præfertur; cæteris verò tam Episcopis, quam Prælatibus Inferioribus in posterum eam petentibus, supradictâ formâ & amplitudine concedendam fore decrevimus; sequitur, ut hujusmodi Indulta nequaquam morte concedentis expirent; quum jurisdictione delegata in iis, quæ non justitiam, sed gratiam concernunt, etiam post obitum delegantis manere debeat. Quoniam verò iidem Episcopis, & Prælatibus permittimus, ut hujusmodi facultatem, pro Incolarum Civitatum, Locorum, atque Dicecesum opportunitate & necessitate, uni; vel pluribus Sacerdotibus in posterum subdelegare valeant; statuimus atque decernimus, hujusmodi subdelegationes, per subdelegantis cessum aut decessum similiter non expire; sed potestatem ipsis tributam perseverare usque ad superventum novi Præsulis, cujus arbitrio relinquimus, eosdem in hujusmodi officio confirmare, vel ab eo removere. Atque ita quicumque Antistes memoratam facultatem à Romano Pontifice semel obtinuerint, eo decedente, opus non habet pro illius confirmatione ad Apostolicæ

Ampliora Indulta in posterum conceduntur per Litteras Apostolicas.

Etiam favore Prælatorum Inferiorum jurisdictionem habentium.

Indulta non expirent morte Pontificis.

Nec subdelegationes per cessum aut decessum subdelegantis.



1747.

Cathedra Successorem recurrere. Sicque etiam cedente vel decedente Episcopo, seu Prælato, a quo eadem facultas in sua Diocesi aut Territorio subdelegata fuerat, novâ concessione opus non erit pro temporaneo Vicariorum Capitularium, aut Apostolicorum, regimine; quum Subdelegatorum auctoritas super manere debeat, quamdiu vel Episcopus ipse, aut Prælatas, vel illius Successor eandem ipsis non ademerit.

Hac igitur ratione animarum salutem consulentes, quantum Nobis in Domino licuit, piam consuetudinem applicandi Plenariam Pontificiam Indulgentiam Ecclesiæ Filiis in mortis articulo constitutis, ampliare, & faciliorem reddere curavimus. Permissâque Venerabilibus Fratribus, ac Dilectis Filiis, Ecclesiarum Episcopis & Præsulibus, facultate alios Sacerdotes ad hunc effectum, tam in Civitatibus, quam in Diocesis subdelegandi, non parum levaminis eorum anxietatibus, & sollicitudinibus per Nos allatum esse putamus. Verumtamen ipsis declaratum volumus, non id propositum Nobis fuisse, ut eos prorsus eximeremus ab hoc paternæ charitatis officio, per se ipsos adeundi miseros ægros Plenariæ absolutionis in extremo articulo adipiscendæ cupidos; sed ut eorum pietatem opportunè juvaremus, ne, dum ipsi aliis Pastoralibus curis detinentur, dolere debeant, commissos sibi Fideles hoc tanto spiritali beneficio destitutos ex hac vita migrare. Qui verò piam huiusmodi opus per semetipsos exercere gaudent (quod sanè omnes, quoties legitime impediti non fuerint, facturos esse confidimus), meminerint, non id dumtaxat erga nobiliores & potentes huius sæculi, sed erga pauperes quoque, & adjectæ sortis homines præstandum esse. Qua de re utiliter legi poterit Prædecessoris Nostri S. Gregorii Magni Homilia XXVIII. in Evangelia ad Cap. IV. Joannis: *Erat quidem Regulus, cujus Filius infirmabatur Capbarnam, in qua mirabilem atque celestem observat amantissimi Redemptoris Nostri Jesu Christi agendi rationem, qui ad invisendum ægrotantem Reguli filium invitatus ire abnuvit, ad Centurionis Servum nec invitatus iturum se proficitur: Quid est quod Regulus rogat, ut ad ejus filium veniat, & tamen venire recusat; ad Servum verò Centurionis non invitatur, & tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem presentiam non dignatur adesse; Centurionis Servo non dignatur occurrere.*

Ut autem Indulgentiæ fructus a Fidelibus in mortis articulo percipiatur, hoc sedulo agendum erit, ut Populus in Sacris Concionibus & Catechesibus frequenter edoceatur, quod iis, qui gratiæ Dei, quam in Baptismo acceperunt, ingrati, per actualia peccata Spiritum Sanctum contristaverunt, & Templum Dei violare non sunt veriti, quantumvis æterna supplicia in Pœnitentiæ Sacramento condonata fuerint, nihilominus temporalis plerumque pœna Divinæ justitiæ exsolvenda superest, ejus remissio obtinenda est non solum per satisfactiones a Sacerdote Confessario in ipso Pœnitentiæ Sacramento pro mensura delicti impostas, aut per Christianam tolerantiam earum adversitatum, a quibus mortalium vita immunis esse nequit; verum etiam per jejunia, elemosynas, orationes, & alia pia spiritalis vitæ exercitia; Alioquin verendum est, ne salutis remedia ab Ecclesiæ benignitate Fidelibus suppeditata, paulatim in prævæ libertatis & licentiæ fomentum traherentur; compluribus sibi temerè blandientibus de remissione tum sempiternæ pœnæ, per Sacramentalem absolutionem, tum temporalis, per Indulgentiæ Pontificiæ applicationem, in exitu vitæ impetranda; neque cogitationibus quam incertum sit omnibus non solum quâ horâ,

& quo mortis genere ex hac vita migrandum sibi fuerit; sed etiam an Indulgentiam, licet externo ritu sibi applicatam, cum effectu sint percepturi. Præpostera æquè ac periculosa antiquis Ecclesiæ temporibus inoleverat consuetudo, ut non pauci ex iis, qui ad Baptismum nomina obtulerant, ad finem usque vitæ ipsius Sacramenti perceptionem prorogarent, quò scilicet interim ingenio liberè indulgerent, ac demum quum è vita discessuri essent, per salutare lavacrum, ab omni culpa, & tam ab æterna, quam a temporali pœna solvi, ad celeste Regnum rectâ transferrentur; contra quos extant gravissimæ oburgationes Sancti Gregorii Nazianzeni in Oratione XL., & Sancti Joannis Chryostomi in Homilia I. super Acta: Sed & Ecclesiæ Catholica pravam hujusmodi confidentiam improbare se declaravit, dum eos, qui in mortis periculo Baptismum susceperant, si convalescent, a Sacris Ordinibus & ab Officiis Ecclesiasticis arcendos, ac perpetuò irregulares fore decrevit.

Et quoniam Sacerdotibus, qui Fideles in extremo agone laborantes piè adjuvant, vel Ecclesiæ Sacramenta ipsi ministrant, Rituale Romanum injungit, ut si ægrotus Indulgentiam Plenariam legitima auctoritate concessam consequi valeat, eam illi in mentem reducant, proponantque quid ad eam consequendam agere debeant; ex his autem, qui ad hujusmodi statum redacti sunt, alii quidem cum plenâ cognitione integrum loquelæ usum retinent, alii verò loquendi facultatem amiserunt, licet antea sincera contritionis indicia dederint, eaque adhuc ratione utentes, identidem dare non desinant; Idèò, quò certius prædicti omnes Indulgentiæ fructum consequi valeant, præfatis Sacerdotibus mandamus, ut omni ratione studeant moribundos Fideles excitare ad novos de admittis peccatis doloris actus eliciendos, concipiendosque ferventissimè in Deum charitatis effectus; præsertim verò ad ipsam mortem æquo ac libenti animo de manu Domini suscipiendam. Hoc enim præcipuè opus in hujusmodi articulo constitutis imponimus & injungimus, quo se ad Plenariæ Indulgentiæ fructum consequendum præparent, atque disponant. Qua in re auctor Nobis est Sanctus Doctor Augustinus, qui in Libro XIII. de Civit. Dei cap. 6. postquam horridam mortis speciem, eique renitentibus hominum animos descripsit, quodque in aliis suis operibus non semel docuerat, mortem nimirum esse peccati originalis pœnam, ibi quoque asseruit & confirmavit; hæc ad rem nostram apposuit subdit: *Quidquid tamen illud est in morientibus, quod cum gravi sensu admittit sensum, piè, fideliterque tolerando, auget meritum patientiæ, non auferit vocabulum pœnæ. Ita cum ex hominis primi perpetuata propagine procul dubio sit mors pœna nascentis; tamen, si proprietate, justitiæque pendatur, fit gloria renascentis; & cum sit mors peccati retributio, aliquando impetrat, ut nihil retribuat peccato.*

Pro impertiendâ verò Benedictione Fidelibus in mortis articulo constitutis, applicandâque ipsis Plenariâ Indulgentiâ, quum nulla certa formula olim præscripta foret, sanctæ memoriæ Prædecessor Noster Benedictus Papa XIII. anno Domini MDCCXXVI. pias quasdam Preces & Orationes ad hunc effectum adhibendas publicari mandavit; quarum exemplo, in his, quæ opportuna judicavimus, in hærentes, aliam de novo formulam, cum his, quæ in hac nostra Constitutione præscripta sunt, magis congruentem confecimus, & instituímus, quam ab omnibus in posterum usurpari præcipimus; Mandantes, hoc ipsum incutari, & injungi in Apostolicis Literis, quæ deinceps pro concessione prædictæ facultatis Indulgentiæ

Monitum ad Episcopos ut ad Ægrotos personaliter accedant.

Monita familiaria Fidelibus inculcanda.

Religionibus munitis in delictis inveniendi.

Præfatis acceptatio mortis, quam opus pro Indulgentiâ impetrandum.

Formula impertiendæ Benedictionis a Pontifice constituitur.

Plena-

Clausula  
& derogatio-  
nes.

Plenaria moribundis impertienda, ut præmili-  
mus, expedienda erunt.

Ac decernentes, ipsas presentes Literas sem-  
per validas & efficaces existere, & fore, suos-  
que plenarios effectus perpetuo fortiri, & obri-  
nere, atque iis ad quos spectat, seu spectabit  
in futurum, plenissime suffragari: Non obstanti-  
bus Apostolicis, & in Generalibus, seu Pro-  
vincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis ge-  
neralibus, seu specialibus Constitutionibus, ac  
quibuscumque contrariis, etiam Congregatio-  
num S. R. E. Cardinalium, Decretis & Reso-  
lutionibus etiam Apostolica auctoritate appro-  
batis, roboratis, & pluribus confirmatis; utibus  
quoque, filibus, & consuetudinibus, etiam im-  
memorabilibus: Quibus omnibus & singulis,  
ad præmissorum effectum, motu, scientia, &  
potestate præfatis amplissime derogamus, aliis-  
que contrariis quibuscumque.

Fides præ-  
stanta Tran-  
sumptis.

Volimus autem, ut earundem præsentium  
transumptis, sive exemplis, etiam impressis,  
manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Per-  
sonæ in dignitate Ecclesiastica constituta muni-  
tis, eadem ubique habebatur, que ipsis præ-  
sentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Tenor For-  
mula supra  
enunciata.

Formula igitur, quam pro impertienda Be-  
nedictione, & Plenaria Indulgentia moribundis  
Fidelibus applicanda, ut præfertur, in posterum  
adhibendam esse præscriptimus, talis est:

MODUS

A SS. D. N. BENEDICTO PAPA XIV.  
approbatus.

Pro opportunitate temporis servandus, ut infra  
in Rubricis notatur, ad impertiendam Benedic-  
tionem in articulo mortis constitutis, ab his, qui  
facultatem habent a Sede Apostolica delegatam.

**B**enedictio in articulo mortis cum soleat imper-  
tiri post Sacramenta Penitentia, Euchari-  
stie, & Extreme unctionis illis Infirmis, qui vel  
illam petierint, dum sana mente, & integris sensi-  
bus erant, seu verisimiliter petissent, vel dederint  
signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam  
si postea lingua, cæterorumque sensuum usu sint de-  
stituti, aut in delirium, vel amentiam inciderint.  
Excommunicatis vero, impenitentibus, & qui in  
manifesto peccato mortali moriuntur, est omni-  
no deneganda.

Habens prædictam facultatem, ingrediendo cu-  
biculum, ubi jacet Infirmus; dicat: Pax huic Do-  
mni &c., ac deinde agrotum, cubiculum, & cir-  
cumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Anti-  
phonom: Alperges &c.

Quod si Agrotus voluerit confiteri, audiat il-  
lum, & absolvat. Si Confessionem non petat, ex-  
citet illum ad eliciendum actum contritionis; de  
hujus benedictionis efficacia, ac virtute, si tempus  
ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hor-  
tetur, ut morbi incommoda ac dolores in antea  
vite expiationem libenter perferat, Deoque sese pa-  
ratum offerat ad ultro acceptandum quicquid ei pla-  
cuerit, & mortem ipsam patienter obeundam in  
satisfactionem penarum, quas peccando promeruit.  
Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens  
fore, ut ex divina munificentia largitate eam pe-  
narum remissionem, & vitam sit consecuturus ater-  
nam. Postea dicat:

℟. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
℞. Qui fecit Cælum, & Terram.

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta Famuli tui (vel  
Ancilla tuæ) neque vindictam sumas de pec-  
catis ejus.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pa-  
ter noster &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.  
℞. Sed libera nos à malo.  
℣. Salvam fac Servum tuum (vel Ancillam  
tuam, & sic deinceps).  
℞. Deus meus sperantem in Te.  
℣. Domine exaudi orationem meam.  
℞. Et clamor meus ad te veniat.  
℣. Dominus vobiscum.  
℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, &  
Deus totius consolationis, qui neminem vis  
perire in te credentem, atque sperantem,  
secundum multitudinem miserationum tuarum  
respice propitius Famulum tuum N., quem  
tibi vera Fides, & spes christiana commen-  
dant. Visita eum in salutari tuo, & per  
Unigeniti Tui Passionem, & Mortem, om-  
nium ei delictorum suorum remissionem, &  
veniam clementer indulge, ut ejus anima in  
hora exitus sui Te Judicem propitium in-  
veniat, & in sanguine ejusdem Filii tui ab  
omni macula abluta, transire ad vitam me-  
reatur perpetuam. Per eundem Christum  
Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confiteor  
&c. Sacerdos dicat Misereatur &c. deinde:

Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi,  
qui Beato Petro Apostolo suo dedit potesta-  
tem ligandi, atque solvendi, per suam piissi-  
mam misericordiam recipiat confessionem  
tuam, & restituat tibi stolam primam, quam  
in Baptismate receperis; Et Ego facultate mi-  
hi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam  
plenariam & remissionem omnium peccato-  
rum tibi concedo. In nomine Patris &c.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria,  
remittat tibi omnipotens Deus omnes præ-  
sentis, & futuræ vite pœnas, Paradisi portas  
aperiat, & ad gaudia sempiterna perducatur.  
Amen.

Benedicat Te omnipotens Deus, Pater, Filius,  
& Spiritus Sanctus. Amen.

Si verò Infirmus sit aded morti proximus, ut  
neque Confessionis generalis faciendæ, neque præ-  
missarum precum recitandarum tempus suppetat,  
statim Sacerdos benedictionem ei impertiat.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam  
hanc nostrarum confirmationis, prorogationis,  
ampliationis, & concessionis, mandatorum,  
statutorum, decretorum, ac derogationum in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire: Si  
quis autem hoc attentare præsumperit, indigna-  
tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri &  
Pauli Apostolorum ejus, se noverit incur-  
surum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo  
septingentesimo quadragésimo septimo, Nonis  
Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

D. Card. Passionero.

J. Datarius.

VISA DE CURIA

I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco f Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 4. Maji anni 1747.

Sanctio.

Dat. Pon-  
tif. Anno  
VII. die 3.  
Aprilis 1747.

XXXV.

De resumendo, ac retinendo Titolo Episcopi Anconæ, & Humanæ.

Venerabili Fratri Nicolao Episcopo Anconitano, & Humanatenfi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilii Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontifex antea fuit Episcopus Anconitanus.

Et invenit Episcopos Prædecessores se Comitres Humanæ denominasse:

Dubitavit Pontifex de hoc titulo Comitris, quia Martinus V Anconitanæ Humanatensem Ecclesiam univit.

Ac propterea potius Episcopus Humanatenfis, quam Comes esset denominandus.

Auctoritas Historici Anconitani.

Usus denominationis ab utraque Ecclesia anno 1536.

Percurritur Historia Civitatis Humanæ, & ejus destructionis.

**N**OTUM tibi est, Ven. Frater, Nos quoque Anconitanam Ecclesiam rexisse, cujus Diocesis, Cleri, ac Populi nunquam oblitifumus, nunquamque obliviscemur. Quum verò primum ad eam accessissemus, invenimus Prædecessores Nostros, quorum adhuc vivit memoria, in actis publicis sibi Titulos dedisse Episcopi Anconæ, & Comitris Humanæ, quorum morem sequuti sumus & Nos ipsi, at non sine aliqua animi hæsitatione, quum legissemus in Ughellio, ubi agit de Anconitana Ecclesia, Martinum V. Pontificem Maximum anno Christi Domini 1422. cum Anconitano Episcopatu Humanatensem Episcopatum conjunxisse, hincque Anconæ Episcopos titulum assumpsisse non Comitris, sed Episcopi Humanæ: *Quamobrem in posterum Præsules Anconitani etiam Humanatenfes dicti sunt.* Quapropter Nobis videbatur, Episcopum Anconæ debere se nuncupare non Comitrem, sed Episcopum Humanæ; accedente sententia quoque Saracini historici Anconitani, cui quamquam minime displiceret Episcopum Patriæ suæ Titulo gaudere Comitris Humanæ, negare ausus non est ei quoque convenire Titulum Episcopi Humanæ; in sua enim historia Italice scripta, hæc habet: *Que Urbs, loquitur de Humana, quamquam olim destructa fuerit, uti in hisce notitiis meis ostendi, tamen a Martino V. anno 1422. fuit ejus Episcopatus unitus cum Episcopatu Anconæ; Unde ab eo tempore Anconitani Episcopi se subscribunt: N. N. Episcopus Anconæ, Humanæ, & Comes dictæ Humanæ.* Baldovinetus de Baldovinetis Nobilis Florentinus a Paulo III. renuntiatus est Episcopus Anconæ anno fatalis 1523., obiitque anno 1538. ut narrat Ughellius. Anno autem 1536. fieri curavit pro Canonicis Subsellia ex nuce, quæ adhuc integra persunt exposita omnium commodo in anteriori Secretario Cathedralis Ecclesiæ, quæ, insertis nuci sub co ronide albis patentibusque Literis, exhibent hanc inscriptionem: *Hoc opus fecit fieri Baldovinetus de Baldovinetis Episcopus Anconæ, & Humanæ, disæque Humana Comes suis sumptibus MDXXXVI.*

Civitas Humana in Piceno, Humana quoque ab antiquis dicta est, posterioribus sæculis Umana, dempta priori litera. Ejus nominis meminerunt præsi Scriptores, inter quos Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. scribit: *Piceni littora excipiunt, in quibus Humana, Potentia, Cluana, Cupra.* Et Plinius lib. 3. cap. 13. *Cluana, Potentia, Humana a Siculis condita.* At multis prætermis ad Civitatem hanc pertinentibus, cujus annales scribere Nobis non est in animo, satis Nobis erit indicare, fuisse eam Sedem Episcopalem, cujus Episcoporum series in Ughellio non quidem integra est, sed solos vigintiquinque commemorat, incipiens a Gratioso, qui fuit sexto sæculo sedente in Petri Cathedra S. Gregorio Magno, desinensque in Astorgio, de quo mentionem, re id postulantem, inferius faciemus.

Sopra il dover riassumere, e ritenere il Titolo di Vescovo di Ancona, e di Umana.

Venerabili Fratri Nicolao Episcopo Anconitano, & Humanatenfi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilii Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

**C**OME ella ben fa, siamo stati ancor Noi Vescovo di Ancona; nè mai ci siamo scordati, nè mai ci scorderemo di quella Chiesa, di quella Diocesi, di quel Clero, e di quel Popolo. Giunti a quella residenza, ritrovammo che i nostri degni Prædecessori, de' quali era ancor viva la memoria, negli atti pubblici s'erano intitolati Vescovo di Ancona, e Conte di Umana: e Noi continuammo nello stesso modo, ma non senza qualche ribrezzo, perchè, avendo letto nell'Ughelli, ove tratta della Chiesa d'Ancona, che Martino V. l'Anno di Cristo 1422. uni al Vescovado di Ancona il Vescovado di Umana, e che di poi i Vescovi di Ancona avevano assunto il titolo, non già di Conte, ma di Vescovo di Umana: *Quamobrem in posterum Præsules Anconitani etiam Humanatenfes dicti sunt:* sembravaci, che il Vescovo di Ancona, non Conte d'Umana, ma Vescovo d'Umana avesse dovuto chiamarsi; si perchè lo Storico Saracini Anconitano, a cui non molto dispiaceva, che il Vescovo della sua Patria avesse il titolo di Conte d'Umana, non ebbe però mai il coraggio di privarlo del titolo di Vescovo pure di Umana; onde nella sua Storia così lasciò scritto: *La qual Città, parla di Umana, benchè già distrutta, come ho in queste notizie narrato, sù nondimeno da detto Martino V. l'Anno 1422. unito il suo Vescovado con questo d'Ancona; onde da detto tempo in quà si sottoscrivono i Vescovi pro tempore d'Ancona, N. N. Vescovo d'Ancona, di Umana, e Conte di detta Umana.* Monsignor Balduinetto de' Balduinetti, nobile Fiorentino, fu fatto Vescovo d'Ancona da Paolo III. nel 1523. e morì nel 1538. come si vede nell'Ughelli. Nel 1536. fece fare alcuni Banconi di noce per comodo de' Canonici. Questi ancor oggi sono in essere, e stanno a pubblico comodo, e a vista di tutti nella Sagrestia anteriore della Cattedrale d'Ancona, e nella noce, di legno bianco, sono formate a capo de' detti Banconi le seguenti parole in carattere grande, e leggibile con tutta facilità: *Hoc opus fecit fieri Baldovinetus de Baldovinetis Episcopus Anconæ & Humanæ, disæque Humana Comes suis sumptibus MDXXXVI.*

La Città di Umana nel Piceno fu negli antichi tempi chiamata *Humana*, e ne' posteriori *Umana*; ed il suo nome è celebrato presso gli antichi Scrittori, imperocchè Pomponio Mela al lib. 2. cap. 4. così lasciò scritto; *Piceni littora excipiunt, in quibus Humana, Potentia, Cluana, Cupra:* e Plinio al lib. 3. cap. 13. *Cluana, Potentia, Humana a Siculis condita.* E tralasciando molte altre notizie istoriche appartenenti alla Città di Umana, non avendo Noi intenzione di comporre gli annali di quella Città, ci contenteremo di accennare, ch' essa fu Sede Vescovile; ritrovandosi nell'Ughelli la serie, non di tutti, ma di venticinque Vescovi, incominciando da Grazioso, che viveva nel stesso secolo nel Pontificato di S. Gregorio Magno, fino al Vescovo Astorgio, di cui caderà in acconcio il parlare più abbasso.

Il Pontefice è stato Vescovo di Ancona.

È ritratto che i suoi Prædecessori s'erano denominati Conti di Umana. Dubbiò il Pontefice del titolo di Conte, perchè Martino V. unì alla Chiesa di Ancona quella di Umana.

È perciò più tosto Vescovo, che Conte di Umana, dove le intitolazioni.

Autorità d'un'istorico Anconitano.

Uso del titolo della Chiesa nel 1536.

Breve notizia della storia della Città di Umana, e della sua distruzione.

In Bulla Bonifacii VIII., qui creatus fuit Pontifex anno 1294. inspecta alias a Nobis inter scripturas ad Humanam rem publicam spectantes, hæc leguntur: *Sane petitio dilectorum Filiorum Communis Civitatis nostræ Anconitanæ Nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim, videlicet a centum annis proxime præteritis, aut cum Civitas Humana, quæ tunc satis potens, nec non opulenta divitiis, ac populosa fuisse dicitur, peccatis forsan exigentibus, aut Divino interdico, ad tantam ruinam devenisset, quod nunc non Civitatis, sed vix parvi Castrî videretur, ac videatur habere figuram.* Quo Bonifacii testimonio referenda est ad finem XII. sæculi Humana ruina, quæ quamquam ingens fuerit, non tamen Civitatem penitus delevit, ut ex præfato monumento colligitur, & ex iis, quæ mox subiiciemus.

Civitatem igitur Humanam ruinis suis deformem, stetit tamen adhuc sæculo XIV. compertum est. Nam Raynaldus *annal. an. 1353. num. 8.* narrat quemdam fuisse Fratrem Moriale Equitem Sancti Joannis Hierosolymitani ex Provincia, qui sub prætextu ferendi auxilii Cardinali Egidio Albornozio Sedis Apostolicæ Legato, cohortem constavit perditorum Hominum, quibuscum postquam cepta aliqua pro Status Ecclesiastici utilitate perfererat, Picenum ingressus, ad partes Malatestarum hostium Ecclesiæ transit, & coacto agmine, quod italicò nomine *la gran Compagnia* vocabatur, multas Marchiæ Anconitanæ Urbes diripuit, & Civitate Humanam potitus est, teste Mattheo Villani in *Chronico lib. 3. cap. 107.* At raptorem diù inultum non passus est Deus. Nam captus tandem, Romamque ductus, ut grassatorum dux, vastatorque Marchiæ, capite truncatus est die 29. Augusti an. 1354. uti habetur in eodem Villani *lib. 4. cap. 16. 24.* & in antiqua vita Nicolai a Laurentio, vulgo Cola di Rienzo *cap. 15. 20. 21. & 22.*

Non longum tempus est inter annum 1354., & 1422., quo tamen intervallo Civitatem Humanam penitus concidisse fateri necesse est. Nam in Bulla Martini V., de qua inferius loquemur, data anno 1422. hæc habentur: *Sane per Nos nuper intellecto, quod Civitas Humanatensis propter incendia, guerrarum turbines, mortalitatum pestes, & alias calamitates, quæ illam multipliciter afflixerunt, funditus quasi destructa est.* Hinc Scriptores subsequentes ævi, ubi de Humana sermo incidit, de ea loquuntur tanquam de Urbe excisa, ac deleta. Flavius in Italia illustrata, quod opus edidit circa annum 1450. hæc de ea prodidit *pag. 339.* *Et paulo supra mare vetustissima interiit Urbs Humana, & parvo ab inde spatio adhaeret mari, ipso in promontorio, Sirolium Oppidum.* Apud Leandrum Albertum, qui Italiam descripsit ante medium sæculi decimi sexti *pag. 244.* editionis Bononiensis anno 1550. hæc ex Italicò sermone in Latinum versa habentur: *Descendendo ad mare ad fauces Musonis tribus miliaribus situs apparet, ubi erat antiqua Civitas Humana, hoc nomine dicta a Pomponio Mela: Numana verò a Plinio, & Ptolomeo: & a Silio lib. 8. hoc versu:*

*Hæc, & quos pascunt scopulosa rura Numana.*

Anno 1422. erat Episcopus Anconæ Astorgius ex Familia Agnesti Neapolitana, qui sexaginta annis vixit, ut habetur in ejus epitaphio in Claustro S. Mariæ supra Minervam Fratrum Prædicatorum, at pluries translatus est ab una ad aliam Ecclesiam, gestisque plura, ac magna negotia. Anno 1411. fuit creatus Episcopus

Il Pontefice Bonifazio VIII. fu eletto l'anno 1294. ed in una sua Bolla, altre volte da Noi veduta fra le scritture della Comunità di Umiana, così si legge: *Sane petitio dilectorum filiorum Communis Civitatis nostræ Anconitanæ Nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim, videlicet a centum annis proxime præteritis, aut cum Civitas Humana, quæ tunc satis potens, nec non opulenta divitiis, ac populosa fuisse dicitur, peccatis forsan exigentibus, aut Divino interdico, ad tantam ruinam devenisset, quod nunc non Civitatis, sed vix parvi Castrî videretur, ac videatur habere figuram.* Quando debbasi prestar fede a questo monumento, dee il precipizio della Città di Umiana riferirsi al fine del secolo duodecimo, che benchè fosse grande, non fu però tale, che affatto la distruggesse, come si deduce dalle parole del detto monumento, e da quanto or ora soggiugneremo.

Se la Città di Umiana era in cattivo stato, era però anche in piedi senza dubbio nel secolo decimo quarto, leggendo Noi negli Annali del Rainaldi *all'anno 1353. num. 8.*, che un certo Fra Moriale Cavaliere di Rodi di nazione Provenzale, col pretesto di porgere aiuto al Cardinale Egidio Albornozzi Legato della Sede Apostolica, fece una ragunanza di maldadieri, e di ladroni, coi quali avendo fatte nel principio alcune imprese a favore della Chiesa, entrato nella Marca, si buttò al partito dei Malatesta; formò una Compagnia, che fu chiamata *la gran Compagnia*; saccheggiò varie Città della Marca, e s'impadronì della Città di Umiana, per testimonianza di Matteo Villani *nella sua Cronica al lib. 3. cap. 107.* Ma non tardò molto la giustizia di Dio a punire la di lui baldanza, mentre preso, e condotto a Roma, come capo di Assassini, e devastatore della Marca, fu decapitato *ai 29. di Agosto l'anno 1354.*, come leggesi nello stesso Villani *al lib. 4. cap. 16. 24.* e nell'antica Vita di Cola di Rienzo *al cap. 15. 20. 21. e 22.*

Dal 1354. al 1422. non corre grande intervallo di tempo; ma è d'uopo, che fra questi due tempi precipitasse la Città di Umiana, e che succedessero tali, e tante disgrazie, ch'essa ne restasse oppressa: e però nella Bolla di Martino V., di cui parleremo in appresso, spedita l'anno 1422., così si legge: *Sane per Nos nuper intellecto, quod Civitas Humanatensis propter incendia, guerrarum turbines, mortalitatum pestes, & alias calamitates, quæ illam multipliciter afflixerunt, funditus quasi destructa est.* E però gli Scrittori de' tempi susseguenti scrivendo della Città di Umiana, ne scrivono come di una Città distrutta. Flavio nell'Italia illustrata, Opera, che compose verso l'anno 1450. così lasciò scritto di Umiana *alla pag. 339.* *Et paulo supra mare vetustissima interiit Urbs Humana; & parvo ab inde spatio adhaeret mari ipso in Promontorio Sirolium oppidum.* Ed appresso Leandro Alberti, che descrisse l'Italia prima della metà del secolo decimo sesto, *alla pag. 244.* dell'Edizione di Bologna del 1550., così si legge: *Scendendo verso il Mare, presso alla foce del Musone tre miglia, appare il luogo, ov'era l'antica Città di Umiana, così da Pomponio Mela nominata, e da Plinio, e Tolomeo Numana, e parimente da Silio nell'ottavo libro, quando dice:*  
*Hæc, & quos pascunt scopulosa rura Numana.*

Nel 1412. era Vescovo d'Anconà un certo Monsignor Astorgio, che, benchè non vivesse molto tempo, mentre non trapassò l'età d'anni sessanta, come si deduce dal di lui deposito, che con una nobile iscrizione ancor oggi si vede nel Claustro di questi Padri Domenicani del loro Convento detto della Minerva, fece gran

1747-

1747

Mileti in Calabria a Joan. XXIII., hinc ad Ravelloensem Ecclesiam translatus est anno 1413., deinde ad Melphitanam; postremo a Martino V. anno 1422. ad Anconitanam. Eo tempore, quo eam gubernabat, fuit Locumtenens Pontificis in Marchia Anconitana. Ab Eugenio IV. deinde promotus ad Archiepiscopatum Beneventi anno 1436. Et tandem a Nicolao V. creatus est Cardinalis Presbyter Tituli S. Eusebii anno 1448., uti in Ughello videre est in Ecclesia Mileti, & in Ecclesia Anconæ. Obiit Romæ 10. Octobris anno 1451., ut in citato Epitaphio habetur.

De causa unionis utriusque Ecclesie.

Credibile est Astorgium, cum regimen accepit Anconitanæ Ecclesie, eam invenisse redditibus tenuiorem, quam speraverat: quamobrem Martino V. exposuit, redditus Mensæ Anconitanæ non superare summam quadringentorum florenorum aureorum, quo modico proventu non posset pro dignitate provinciam suam gerere: Redditi autem Ecclesie Humanæ, cujus tunc Episcopus erat quidam Antonius, non plus esse, quam ducentos florenos aureos; hincque bene provisum, atque opportunum fore, si duæ simul Ecclesie conjungerentur, Anconæ videlicet, & Humanæ nunc pro tunc, idest differendo effectum unionis ad tempus, quo Episcopus Antonius aut obiisset, aut translatus esset ad aliam Ecclesiam. Martinus, ne temere postulatis annueret, rem commisit inquirendam Cardinali Francisco Lando Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, qui cum exposita vera esse cognovisset, Astorgioque favisset apud Pontificem, is Bullam unionis dedit anno quinto sui Pontificatus.

Bulla unionis Ecclesie Humanatensis in comperto non erat.

Bullam illam cum Anconæ essemus, nullo loco invenire potuimus; at præteritis mensibus quum in privata Bibliotheca nostra moraremur, quo in loco, ubi Nobis permittum est, levamen a gravibus ministerii Nostri curis querimus, & invenimus, contigit, ut legentes dissertationem historicam Cathedræ Episcopalis Setie compositam a Dominico Georgio Secreto Cappellano Nostro viro admodum erudito Romæ editam an. 1727. in appendice Monumentorum §. 26. inveniremus impressam per extensum Martini V. Bullam unionis Ecclesie Humanatensis cum Anconitana, depromptam ex Archivis hujus Sanctæ Sedis, & præter cætera, quæ superius indicavimus, præcipitur in ea, ut Astorgius, ejusque successores in Ecclesia Anconitana, Titulo Episcopi Anconæ Titulum Episcopi Humanæ conjungerent: *Decernentes, ut prædictus Astorgius, ex tunc in antea Episcopus Anconitanus, & Humanatensis, sicque consequenter illius in posterum successores &c. nuncupentur.* Quapropter oportune prædictus Georgius pag. 99. scripsit: *Martinus V. anno Domini 1422. Humanam Civitatem jamjam ruituram ob varias calamitates Anconitanæ Ecclesie conjunxit, ea lege, ut Anconitanus Episcopus Humanatensis etiam diceretur. Tabulas hujus conjunctionis nunc primum luci donare duximus.*

Tandem a Pontif. inventur.

Et in ea præcipitur, quod Episcopus ab utraque Ecclesia denominaretur.

Idem testantur varii Scriptorcs.

Testatur Ughellius, Astorgium, perfecta unionis, Titulo Episcopi Anconitani Titulum addidisse Episcopi Humanatensis. Compagnonius in Regia Picena lib. 6. pag. 313. & Lucentius in additionibus ad Ughellium idem testantur, nixi statuto Recinensi, in quo hæc leguntur:

passaggi da una Chiesa all'altra, ed ebbe grand'impieghi. Era esso della Famiglia *Agnesi* Napolitana. Nel 1411. da Papa Giovanni XXIII. fu creato Vescovo di Mileto in Calabria: Dipoi fu trasferito alla Chiesa di Ravello l'anno 1413.: Susseguentemente a quella di Melfi; e da Martino V. nel 1422. a quella di Ancona. Nel tempo, che governava la Chiesa d'Ancona, fu Luogotenente del Papa nella Marca Anconitana. Da Eugenio IV. fu poscia fatto Arcivescovo di Benevento l'anno 1436.; e da Nicola V. creato Cardinal Prete del Titolo di Sant'Eusebio l'anno 1448. come il tutto risulta dall'Ughelli, nella Chiesa di Mileto, e nella Chiesa d'Ancona. Mori finalmente in Roma ai 10. di Ottobre l'anno 1451., come si legge nella citata iscrizione posta al suo Sepolcro.

E d'uoopo, che giunto Astorgio al governo della Chiesa d'Ancona, la ritrovasse più povera di rendite, di quello, che forse erasi figurato: e però avendo esposto al Pontefice Martino V. che non avendo la Mensa d'Ancona, che l'entrata di quattrocento fiorini d'oro, colla qual'entrata eragli impossibile il mantenere la sua dignità colla dovuta decenza, e che non eccedendo l'entrata della Chiesa d'Umana, di cui allora Vescovo un certo Antonio, la somma di dugento fiorini d'oro, sarebbe stato ben fatto l'unire insieme le due Chiese di Ancona, e di Umana, nunc pro tunc: che è lo stesso che dire, differendo l'effetto dell'unione al tempo, in cui il Vescovo Antonio o fosse morto, o fosse trasferito al governo d'altra Chiesa; non volle Martino V. camminare, come suol dirsi, alla cieca, ma commise la cognizione dell'affare al Cardinale Francesco Lando del Titolo di S. Croce in Gerusalemme; ed avendo questi ritrovato, che tutto l'esposto era la verità, ed avendo data al Papa tutta l'informazione favorevole, fu da esso spedita la Bolla dell'unione nell'anno quinto del suo Pontificato.

Nel tempo della nostra dimora in Ancona non ci è mai riuscito di poter vedere la Bolla: ma ne' mesi passati essendo nella nostra privata Biblioteca, che è l'unico luogo, in cui, quando ci è permesso il trattenerci, ritroviamo qualche foliove dalle spinose cure ed incessanti del nostro Apostolico Ministero, dammo di mano alla dissertazione istorica della Cattedra Episcopale della Città di Sezza nel Lazio, composta da Monsignor Domenico Giorgi nostro Cappellano Segreto, Uomo di molta e profonda erudizione, stampata in Roma l'anno 1727. e nell'Appendice de' monumenti al §. 26. abbiamo ritrovata impressa per extensum la Bolla di Martino V. della unione delle due Chiese di Ancona, e di Umana, ricavata dagli Archivj di questa Santa Sede; ed oltre le cose di sopra espresse, in essa si contiene, che Monsignor Astorgio, e tutti gli altri di lui Successori nella Chiesa d'Ancona, dovessero unire al titolo di Vescovo d'Ancona anche l'altro di Vescovo d'Umana: *Decernentes, ut prædictus Astorgius ex tunc in antea Episcopus Anconitanus, & Humanatensis, sicque consequenter illius in posterum Successores &c. nuncupentur:* per lo che molto a proposito scrisse il citato Monsignor Giorgi alla pag. 99. *Martinus V. anno Domini 1422. Humanam Civitatem jam jam ruituram ob varias calamitates Anconitanæ Ecclesie conjunxit, ea lege, ut Anconitanus Episcopus, Humanatensis etiam diceretur. Tabulas hujus conjunctionis nunc primum luci donare duximus.*

Attesta l'Ughelli, che, effettuata l'unione, Astorgio al titolo di Vescovo d'Ancona aggiunse l'altro di Vescovo d'Umana. Il Compagnonius nella sua Regia Picena al lib. 6. pag. 313. il Lucenti nelle addizioni all'Ughelli confermano lo stesso, ricavandolo dallo Statuto di Recanati,

Della giunzione della mensa di Ancona, e della Chiesa.

La Bolla tale non si trova.

Finalmente vien ritrovata dal Puffice.

Ed in essa si commanda che il Vescovo si denomini dell'una, e l'altra Chiesa.

Lo stesso testano varii Scrittori.

*Actum Macerata in domibus residentia Domini Astorgii Episcopi Anconae, & Humanae.* Wadingus in Annal. Minorum anno Christi 1426. postquam dixit Astorgium cum S. Jacobo a Marchia renunciatum fuisse Inquisitorem contra Sectam Fraticellorum, assertit ejus Epistolam, cujus hic est titulus: *Astorgius Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Anconitanus, & Humanae.* Data fuit haec epistola die 19. Novembris anno 1426. Idem Astorgius Commissarius Romanae Ecclesiae, ac Quaestor generalis anno sequenti 1427. coegit Monticellenses ad solvenda Sanctae Sedi tributa, ac vestigalia, huncque edicto suo Titulum praefixit: *Reverendus in Christo Pater, & Dominus Astorgius Episcopus Anconitanus, & Humanas, Marchiae Commissarius, & Thesaurarius Generalis.* In antiquis libris reformationum Civitatis novae in Marchia legitur ejus epistola scripta eodem anno 1427., cujus initium est: *Astorgius Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Anconae, & Humanae, Marchiae Anconitane pro Sanctissimo Domino Nostro Locumtenens.* Fateri necesse est Astorgii successores Titulos hosc longo tempore retinuisse. Nam duo Cives Bononienses ex Familia de Luchis Anconitani Episcopi fuerunt, quorum alter, scilicet Joannes Mattheus, translatus est ad Ecclesiam Tropeam, alter Vincentius, qui obiit anno 1585., sepultusque est in Cathedrali Ecclesia Anconae, sibi hos titulos tribuit, quos ejus sepulcrum exhibet his verbis: *Vincentio de Luchis Bononiensi Episcopo Anconae, & Humanae.* Et ut superius observatum est, testatur Canonicus Julianus Saracenus in Notitiis Historicis Patriae suae Anconae, ad sua usque tempora Episcopos Anconae dictos fuisse etiam Episcopos Humanae, quod evincit usque ad ann. 1675., quo & Saracenus scribebat, & Nos nati sumus, fuisse conjunctos Titulos utriusque Episcopatus.

Ella lo è. Al Cardinale Guevara, che non era Vescovo di residenza, quando dal Re di Spagna fu nominato al posto di Primo Inquisitore, fu conferito un Titolo *in partibus*; essendosi creduto conveniente, anche secondo gli esempi precedenti, che il primo Inquisitore avesse il carattere Vescovile. Noi pensiamo di dare a lei un Titolo *in partibus*, per la nomina datale dal Re di Sardegna alla carica di Grand'Elemosiniere, o sia Cappellano Maggiore, carica, che, giusta la legge dell'erezione, esige il carattere Vescovile. Al Cardinale Guevara fu conferito il Titolo d'Arcivescovo di Filippi, Chiesa Apostolica, e celebre per la lettera scritta da S. Paolo, e che gemeva sotto la tirannia del Turco fino dall'anno 1391., senza che vi fosse attuale speranza di poterla ricuperare: e simile sarà il Titolo, che già abbiamo destinato per lei. Ci appoggiamo all'esempio d'un Papa, che ne' giorni suoi fu ben pratico del Diritto Canonico, ed abbiamo risoluto, nella Consecrazione, di fare per lei, che è nostra Creatura, quanto esso fece pel Cardinale Guevara, che era sua Creatura. Aspetteremo bensì a far la funzione, che il caldo scemi; avendone provato tanto, che ci basta, nel dettare questa nostra Lettera nelle ore infocate del dopo pranzo, dopo aver consumate quelle della mattina in continue penose udienze. Che è quanto abbiamo creduto di doverle esporre: e con pienezza di cuore abbracciandola, le diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 4. Augusti 1747. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Dat. m.  
l'An. VII.  
Pont. a. d.  
d'Agosto  
1747.

*Tenor Litterarum promotionis dicti Cardinalis ad Archiepiscopatum Nicosensem.*

Dilecto Filio Nostro Carolo Victorio Amedeo S. R. E. Diacono Cardinali delle Lanze nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

ROMANI Pontificis, quem Pastor ille Cælestis, & Episcopus Animarum, potestatis plenitudine sibi tradita, Ecclesiis prætulit universis, sollicitudo requirit, ut circa cujlibet Ecclesiæ statum sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus providentiam circumspiciam, nunc per simplicis provisionis officium, quandoque verò per ministerium accommode, prout personarum, locorum, & temporum qualitas exigit, atque Ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet, Ecclesiis singulis Pastor accedat idoneus, & Rector providus deputetur, qui Populum sibi commissum salubriter dirigat, ac bona Ecclesiæ sibi tradita non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum siquidem provisiones Ecclesiarum omnium tunc vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi, & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Postmodum vero Metropolitana Ecclesia Nicosensis, quæ in partibus Infidelium consistit, per assumptionem ad Cardinalatus Dignitatem Dilecti Filii Nostri Raynerii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Simonetti nuncupati, Pastoris solatio destituta remansit: Nos

ad provisionem ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Nicosensis celerem, & felicem, in qua nullus præter Nos hac vice se intromittere potuit, seu potest, reservatione, & decreto obstantibus supradictis, ne Ecclesia ipsa Nicosensis longæ vacationis exponatur incommodis, patennis, & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ Nicosensi personam utilem, ac etiam fructuosam, habuimus diligentem, demum ad Te, qui Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatae Diaconus Cardinalis existis, & Fidem Catholicam juxta articulos pridem a Sede Apostolica propositos expressè professus es, ob tuorum exigentiam meritorem, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam illarum Largitor Altissimus multipliciter insignivit, & attendentes, quod Tu Ecclesiam Nicosensem prædictam scies, voles, & poteris auctore Domino salubriter regere, & fideliter gubernare, direximus oculos nostræ mentis. Intendentes igitur tam dictæ Ecclesiæ Nicosensi, quam ejus gregi Dominico salubriter providere, de Apostolica potestatis plenitudine Ecclesiæ Nicosensi præfatae de persona tua providimus, Teque illi in Archiepiscopum præfecimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Nicosensis Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, Tibique, quod donec Ecclesia præfata Nicosensis ab Infidelibus detinebitur, ad illam accedere, & apud eam personaliter residere minime tenearis, dicta auctoritate indulgimus, firma spe, fiduciaque conceptis, quod, dextera Domini Tibi assistente propitia, hujusmodi Ecclesia Nicosensis per Tuam circumspeditionem industriam, & studium fructuosum, regetur utiliter, &

prospe-

prosperè dirigitur, ac grata in eisdem spiritalibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quo circa circumspectioni Tuae per presentes injungimus, quatenus curam, & administrationem prædictas sic exercere studeas sollicitè, & fideliter, ac prudenter, quod exinde sperati fructus adveniant, & tuæ bonæ famæ odor ex tuis laudabilibus actibus latius diffundatur; ipsaque Ecclesia Nicosiensis Gubernatori provide, & fructuoso Administratori gaudeat se commissam, Tuque, præter æternæ retributionis præmium, Nostram, & dictæ Sedis Benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis. Ac Tecum, ut statum tuum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, ac expensarum onera, quæ Te de necessitate jugiter subire oportet, facilius perferre valeas; quod etiam, postquam in vim provisionis, & perfectionis prædictarum, pacificam possessionem, seu quasi possessionem regiminis, & administrationis præfate Ecclesie Nicosiensis, & illius Mensæ Archiepiscopalis bonorum, seu majoris partis eorum affectus fueris, una cum eadem Ecclesia Nicosiensi, quamdiu illi præseris, Ecclesiam Tibi pro titulo tui Cardinalatus assignatam, seu pro tempore assignandam, ac quæcumque Romanæ Curie officia, & Montium tam vacabilium, quam non vacabilium loca, & quæcumque Monasteria, etiam consistorialia, & conventualia, & quavis alia Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Sancti Antonii Viennensis regularia, quæ ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, vel administrationem, aut aliis quomodolibet obtines, & in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & quæcumque sint, etiam si secularia, Canonicatus, & præbendæ, Dignitates etiam majores, & principales, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, & Metropolitanis, ac Patriarchalibus, vel Collegiatis Ecclesiis, regularia verò Beneficia hujusmodi, Prioratus, Præposituræ, Præpositatus etiam conventuales, Personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia; & tam illa, quam secularia Beneficia hujusmodi electiva, & curata, curam etiam jurisdictionalem, ac de jure patronatus Regum, Ducum, Principum, vel aliorum laicorum etiam Nobilium, & Illustrium, vel Clericorum, mixtum etiam ex fundatione, & dotatione, ac inter Te, & alios quoscumque in Romana Curia, vel extra eam, litigiosa sint, ut prius, quoad vixeris, retinere, ac jus Tibi in illis, vel ad illa competens prosequi, & non deductum deducere; nec non quibusvis regressibus, accessibus, & ingressibus; ac regrediendi, accedendi, & ingrediendi ad Cathedrales, etiam Metropolitanas, Primatiales, & Patriarchales Ecclesias, & Monasteria etiam consistorialia, aliaque Beneficia quæcumque etiam, ut præfertur, qualificata, ac etiam testandi, & disponendi de bonis tuis, illaque ab intestato transmittendi, & beneficia conferendi, fructus, redditus, proventus, & pensiones transferendi, aliisque concessionibus, & facultatibus, gratiis, dispensationibus, & indultis Tibi concessis uti, & quoscumque fructus, redditus, & proventus etiam loco pensionum annuarum, & quæcumque pensiones annuas super similibus, ac etiam quarumvis Episcopatum, Archiepiscopatum, Abbatium, aliarumque Mensarum, quorumcumque Beneficiorum etiam, ut præfertur, qualificatorum fructibus, redditibus, & proventibus, ac distributionibus etiam quotidianis Tibi reservatos, & assignatos, ac reservatos, & assignatos, seu in Te canonicè translatos,

& translatis, etiam ut prius, quoad vixeris, percipere, exigere, & levare, ac in tuos usus, & utilitatem convertere valeas, motu proprio, ac Apostolicæ potestatis plenitudine hujusmodi dispensamus. Ac propterea Ecclesias, Monasteria, & Beneficia, ac officia, loca Montium, & alia prædicta non vacare, ac Commendas, & administrationes non cessare, nec accessus, regressus, & ingressus, vel accedendi, vel regrediendi, & ingrediendi, transferendi, conferendi, testandi, & disponendi facultates, concessionem, & indulta, neque reservationes fructuum, reddituum, proventuum, & pensionum hujusmodi expirasse, vel extinctas esse; irritumque, & inane, si locus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Insuper volumus & concedimus, ut omnia, & singula Ecclesia, Monasteria, & Beneficia prædicta, illorumque qualitates, majoritates, principitates, invocationes, denominationes, nuncupationes, situationes, Civitates, & Dioceses, Ordines, dependentia, & adnexa, ac alia quæcumque etiam speciali mentione digna, illorumque fructuum, reddituum, & proventuum, secundum communem æstimationem, vel librorum Camerae Apostolicæ taxationem, veri anni valores, ac ipsorum Beneficiorum litigiosorum statum, litium, & facultatum, concessionum, gratiarum, dispensationum, indultorum, reservationum, regressuum, accessuum, vel ingressuum, Literarumque desuper confectarum tenores, ac fructuum, reddituum, proventuum, & pensionum hujusmodi quantitates, aliaque desuper necessaria, & opportuna pro expressis, prout opus fuerit, habeantur, & haberi debeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si super illis, regula quacumque contraria non obstante, singula Literæ expedite fuissent. Non obstantibus Nostra de exprimendo vero valore Beneficiorum per promotos ad Ecclesiarum regimina obtentorum in dispensationibus sibi super illorum retentione concedendis, ac sel. record. Julii II., Leonis X., Julii III., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, quibus cavetur, quod dispensationes super Beneficiis per promotos ad Metropolitanarum Ecclesiarum regimina retinendis non valeant, nec suffragentur, nisi Literæ Apostolicæ super omnibus simul expediantur, aliisque Apostolicis, ac Conciliorum etiam generalium Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non præfate Metropolitanæ Ecclesie Nicosiensis, aliarumque Ecclesiarum, in quibus secularia, & Monasteriorum, seu aliorum locorum, in quibus regularia Beneficia hujusmodi fuerint, ac Ordinum, quorum illa extiterint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die undecima Augusti millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

*D. Card. Passioneus.*

Erectio Publicæ Universitatis Studii generalis in Collegio Societatis Jesu Civitatis Sancti Dominici Insulæ Hispaniolæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœcium.

IN supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino constituti, & intra Mentis Nostræ arcana revolventes, quantum ex Literarum Studiis Catholica Fides augeatur, Divini Numinis cultus protendatur, veritas agnoscat, ac justitia colatur, ad ea, propter quæ Literarum Studia hujusmodi ubilibet excitentur, ac etiam humiles personæ eis incumbere desiderantes, id efficere possint, libenter intendimus, & in iis Nostræ sollicitudinis partes propensius impertimur, prout pia Christianissimum, præsertim Regali dignitate fulgentium accedentium vota exposcunt, Nosque, locorum qualitate pensata, in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio facta Pontifici a Procuratore Societatis Jesu in Urbe.

Philippus V. Rex anno 1701. mandaverat erectioni Collegii Societatis Jesu.

Cum applicatione bonorum, & rerum alterius Universitatis studiorum.

Et alia ann. 1745. disposuit pro dicti Collegii erectione.

Lis orta fuit cum Conventu Ordinis Prædicatorum super

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Josephus de Lara Presbyter Societatis Jesu in Alma Urbe Nostra pro Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum Regnis Procurator, quod alias, nempe die xxiii. Septembris Anni MDCCCL. clar. mem. Philippus, dum vixit, eandem Hispaniarum Rex, ad Religionem, literarumque scientias promovendas, provehendisque, licentiam concessit, ut in Civitate Sancti Dominici Insulæ Hispaniolæ unum Collegium ejusdem Societatis ex bonis, & rebus ad hunc effectum a tunc in humanis agente Hieronymo de Quesada relicto erigi posset, ac insuper mandavit, ut hujusmodi Collegio, sic ut præfertur, de novo erigendo domus assignarentur, ac redditus applicarentur, ad aliud Collegium, & domum studiorum jamdudum, nempe Anno MDLVIII. in dicta Civitate a quondam Hernando de Jorgon fundatum, quod in publicam Studiorum Generalium Universitatem, ad instar alterius publicæ Studiorum Generalium hujusmodi Universitatis Civitatis Salamantiniæ, erectum fuerat, spectantes, ac insuper declaravit, quod Collegium sic erigendum ad sustentendas Cathedras, & onera, juxta redditus a memorato Hernando relicto, assignatosque, obligatum esset, & remaneret; quoniam nonnullis ex causis sperari nequibat casus, ut in secundo dicto Collegio morarentur Collegæ, Magistri, nec adesset Discipulorum copia, prout dictus Hermandus fundator optaverat.

Ac successive, & de Anno MDCCXLV. dictus Philippus Rex injunxit, quod secundodictum Collegium, cum ruinam minaretur, ac ob defectum capitalium necessaria reparaciones minime parandæ essent, demoliretur, eaque occasione omnes redditus a prædicto Hernando hujusmodi Collegio relicto, cum eisdem oneribus, & gravaminibus per ipsum Hernandum injunctis, primodicto Collegio de novo applicavit, ac demum imposuit, ut laudabilis memorati Hernandi tamquam de Fundatore, & Benefactore memoria, in principalioribus Collegii primodicti hujusmodi actibus literariis quoque haberetur. Pro præmissorum verò observantiâ, Collegiique primodicti progressu, Judicem Conservatorem cum privatâ jurisdictione cognoscendi omnia negotia, recuperaciones bonorum, reddituum, & rerum alias secundodicto Collegio assignatorum, quæ in primodictum Collegium translata remanebant, concernentiâ, elegit, & deputavit.

Vix tamen a memorato Philippo Rege primodictum Collegium erectum fuerat, quandam litem, seu verius questionis materiâ, in Tribunali Regiæ Audientiæ dictæ Civitatis Sancti Do-

minici inter dilectos Filios tunc existentes primodicti Collegii Rectorem ex una, & Priorem Conventus ejusdem Sancti Dominici Fratrum Ordinis Prædicatorum ex altera partibus, introducta remansit, super privativâ facultate conferendi gradus in scientiis, quæ docebantur: Et pro parte dicti Rectoris adducebatur, in primodictum Collegium translatum fuisse aliud secundodictum a dicto Hernando fundatum, quod Anno MDLVIII. in publicam Studii Generalis Universitatem erectum fuerat; Pro altera verò dicti Prioris parte, nuda possessio privilegii conferendi gradus allegabatur.

In hujus Cause progressu, manutentio in possessione, seu quasi possessione privilegii prædicti eidem Priori, & Conventui de facili data fuit, sed coactus dictus Prior ad exhibendum titulum, seu documentum concessionis hujusmodi privilegii, quoddam sumptum de alio sumpto quarundam literarum fel. record. Pauli Papæ III. Prædecessoris Nostri, vel sub Plumbo, vel in simili formâ Brevis expeditarum, quibus idem Conventus in publicam Studii Generalis Universitatem erectus declarabatur, produxit: Ob defectum tamen originalis dictarum literarum, & quia de concessione hujusmodi facultatis, & rectionis, nullum in Registris Regii Concilii Indiarum, prout moris est, monumentum reperitur, sumtum hujusmodi adulterium, ac supposititium habitum fuit.

Postmodum, pro parte dicti Collegii, dilectus etiam Filius Petrus Ignatius Altamirano ejusdem Societatis Professor, ac Indicarum Provinciarum prædicatorum Procurator, instetit, quod quatenus privativa facultas ipsi Collegio minime competeret, saltem cumulativa non impugnaretur; sed ob novas a Priore, & Conventu prædictis factas oppositiones, non sine gravamine, liti, & causa hujusmodi per plures annos, & ad usque annum MDCCXLIII. in suspensio remansit; Interea temporis cum novæ rationes, probationesque a Rectore, & Collegio prædictis parentur, ad hoc ut causa hujusmodi absolveretur, dilectus etiam Filius Thomas Ripoll, Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, cui præmissa non latebant, & proposita a dicto Procuratore primodicti Collegii probabat, ad dirimendas lites inter partes hujusmodi ortas, Procuratoribus memorati Conventus mandavit, ut superederent, & propositionem pro parte dictorum Rectoris, & primodicti Collegii factam amplecterentur.

Hicse præhabitis, Procurator primodicti Collegii Charissimo in Christo, Filio nostro Ferdinando earundem Hispaniarum Regi Catholico supplicavit, quatenus instantiæ assentire dignaretur, commissaque ab eodem Ferdinando Rege cuidam ejus Ministro plena fiducia, & literaturæ prædico, questionis, seu liti hujusmodi cognitione; post cognitionem hujusmodi, relationemque eidem Ferdinando Regi factam, ipse Ferdinandus Rex die xvii. Februarii proximè præteriti suum edidit decretum; in quo, factâ prius de omnibus præmissis actis, & gestis mentione, primodictum Collegium in publicam Studii Generalis Universitatem cum eisdem facultatibus, & privilegiis, quibus secundodictum Collegium a dicto Hernando, sicut præmittitur, fundatum, gaudebat & fruebatur, erexit; & ad hujusmodi effectum mandavit, quod gradus quicumque inibi Studentibus conferri possent, cum onere sustinendi Cathedras, juxta redditus, qui ex secundodicto Collegio illi fuerunt adjudicati, & adjectione aliarum Cathedrarum, quatenus Rectori primodicti Collegii propriis expensis illas adjicere placuerit; Injurgens eidem Judici Conservatori a prædicto Philippo Rege deputato, ut præmissa omnia adimpleri faceret, & in singulis actibus publicis de dicto Hernando tanquam Fundatore, &

ANNO 1747. facultate conferendi gradus.

Rationes etiamque Petri.

Resolutio capta.

Procurator Societatis Instetit pro facultate cumulativa conferendi gradus.

Magister Generalis Ordinis Prædicatorum propositio nem a Rectore Collegii factam amplecti mandavit.

Supplicavit Regi Hispaniarum pro ejus Regni sententia.

Qui instantiæ assentit cum oportet nis ordinationibus.



Benefactore memoriam haberi; & decrevit gradus in hujusmodi primodicto Collegio in singulis Scientiis, & facultatibus susceptos, eandem vim, & prerogativam habere, quas habent illi in quacumque Universitate suscepti, & illorum virtute, Officia, & Dignitates illis correspondentia conferri posse. Pro eo vero, quod ad dictum Conventum attinet, circa ejus continuationem in praesentia facultate, de qua legitime, & valide, ut praefertur, non docebatur, dictus Ferdinandus Rex attendens supplicationem dicti Petri Ignatii Procuratoris pro bono pacis promovenda factam, amplecti etiam erectionem Universitatis in dicto Conventu, erectionem quoque hujusmodi unam, eademque die concessit, ita ut una, & altera Universitates gradus quoscumque in eis respective Studentibus conferre possint, ad instar Universitatum, quibus tam Ordo Fratrum Praedicatorum, quam Societas Jesu hujusmodi, in Civitatibus de Manila Sanctae Fidei, & Quiteni gaudent: Ac pro sua voluntatis executione, Dilectis quoque Filiis Consilio Indiarum mandavit, quod super hisce actus quicumque in Judicio habiti deberent, nec amplius ulla instantia admitti deberet, perpetuumque silentium in praemissis imposuit, & alias, prout in ejusdem Ferdinandi Regis decreto manu propria subscripto, & die xxvi. Maji proxime elapsos expedito, cujus tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Josephus Procurator, quo praemissa firmiter subsistant, & servantur exactius, Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiri, Collegiumque hujusmodi in supradicta Sancti Dominici Civitate erectum, fundatumque, in publicam Studiorum Generalium Universitatem per Nos erigi, & institui summopere desideret.

Nos, qui Societatem hujusmodi, cujus Alumnus, & Professores uberes literarum, & pietatis in publicum fructus producere pergunt; paternis complectimur affectibus, ipsius Josephi Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ipsumque Josephum Procuratorem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, supradictum Decretum a memorato Ferdinando Rege, sicut praemittitur, factum, editum, subscriptum, & publicatum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus.

Ipsiumque Collegium Societatis Jesu in dicta Civitate Sancti Dominici Insulae Hispaniola, ut praefertur, erectum, & institutum, ubi Scholae nunc habentur, seu forsitan ampliore formam constituentur, in publicam Studiorum Generalium Universitatem, in qua dictae Societatis Alumnus, & Professores, Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Physicam, & Theologiam Scholasticam, & Moralem, ac Sacros Canones, ac Jus tum Canonicum, nec non per Lectores faculares Jus Civile, ac Medicinam, aliarumque literarum studia profiteantur, & Juvenes quoscumque doceant, eadem auctoritate, tenore itidem praesentium, sine tamen quorumcumque praesudicio, erigimus, & instituimus, ipsumque Collegium sic in publicam Universitatem erectum, & institutum, curae, & regimini, & administrationi dictae Societatis, illiusque Praepositi Genera-

lis pro tempore existentis, seu ab eo deputandi, praedicta auctoritate etiam perpetuo supponimus, ac submittimus.

Ac eidem Collegio, illiusque Rectori, Magistris, Lectoribus, Scholasticis, aliisque praedictis universis, & singulis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, Indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prerogativis, honoribus, & praeminentiis hujusmodi publicis Studiorum Generalium Universitatibus, illarumque pro tempore existentibus Rectoribus, Magistris, Lectoribus, Doctoribus, Praeceptoribus, Scholasticis, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, Officialibus, Ministris, & aliis Personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter, in omnibus, & per omnia uti, potiri, & gaudere: Ac insuper Rectori pro tempore existentis Collegii hujusmodi, ut quoscumque ad illud accedentes, ac per debitum tempus Studentes, si scientia, & moribus idoneos esse repererit, in omnibus Facultatibus, quae in dicto Collegio, ut praefertur, docentur, & leguntur, ad Baccalaureatus etiam formati, Licentiatum, Lauream, ac Doctoratus, nec non Magisterii gradus, servata tamen in omnibus, & per omnia forma Decretorum Viennen. & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, & alias laudabiles aliarum publicarum Universitatum consuetudines, promovere, & ipsorum graduum insignia eis exhibere, usque ad dictos graduum; Urque per Rectorem hujusmodi Collegii promoti, postea publice privatimque omnium aliarum publicarum Studiorum Generalium Universitatum Facultates praedictas interpretari, & alios docere, de eis disputare, gradui, seu gradibus hujusmodi convenientes actus exercere, nec non omnibus aliis privilegiis, favoribus, gratiis, prerogativis, & indultis, quibus alii in aliis quibusvis Universitatibus, & alibi, juxta illarum Constitutiones, & mores, ad gradus praedictos promoti, de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si gradus praedictos in publicis Universitatibus praedictis, juxta illarum mores, & consuetudines, rite suscepissent.

Necnon moderno, & pro tempore existentis dictae Societatis Praepositi Generali, ut per se, vel dicti Collegii, & sic erectae Universitatis Rectorem, aut alium, vel alios deputandos, pro felici, salubrique sic erectae Universitatis directione, ac Rectoris, Magistrorum, Lectorum, & aliorum Ministrorum, & Officialium muneribus, & functionibus, modoque, & forma docendi, & alias sua respective Officia exercendi, & Scholasticorum mantentione, quacumque statuta, & ordinationes, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini praedicti Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis minime contraria, edere, & promulgare, ac edita, & promulgata, pro temporum, rerum, & personarum qualitate, mutare, corrigere, & reformare, seu illa cassare, vel abrogare, ac alia de novo condere, edere, & publicare, & super illorum observatione poenas ejus arbitrio imponere, ac impositas poenas executioni demandare, dictique Collegii, ac sic erectae publicae Universitatis hujusmodi Doctores, Magistros, Lectores, Scholasticos, Procuratores, Bidellos, aliosque Ministros, & Officiales eligere, & nominare, ac electos, & nominatos amovere, electionesque factas confirmare liberè, & licite, ac valide possint, &

Cum cumulatativa privilegiorum aliarum Universitatum.

Et facultate conferendi gradus quoscumque.

Praeposito Generali Societatis Jesu tribuit facultatem condendi statuta.

Petio dicti Procuratoris de Urbe.

Pontifex Regium Decretum confirmat.

Et quatenus opus sit, dictum Collegium in publicam Universitatem Studiorum erigit.



Clausula  
pro præmi-  
forum firmi-  
tate.

valeant respectivè, auctoritate, & tenore præ-  
dictis concedimus, & indulgemus.

Decernentes easdem præsentis literas sem-  
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,  
suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat,  
& pro tempore quodcumque spectabit, &  
pro tempore quodcumque spectabit, in om-  
nibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab  
eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis  
per quoscumque Judices, Ordinarios, & Dele-  
gatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Audi-  
tores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales  
etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ  
Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet qua-  
vis aliter judicandi, & interpretandi facultate,  
& auctoritate, judicari, & definiri debere, ac  
irritum, & inane si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tingerit attentari.

Derogatio  
contrariis.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordi-  
nationibus Apostolicis, nec non dictionum Col-  
legii, Civitatis, & Societatis, etiam juramen-  
to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privi-  
legiis quoque, indultis, & literis Apostolicis  
in contrarium præmissorum quomodolibet con-  
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus om-  
nibus, & singulis, illorum tenores præsentibus  
pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo  
ad verbum insertis habentes, illis alias in suo  
robore permanens, ad præmissorum effectum,  
hac vice dumtaxat specialiter, & expressè de-  
rogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-  
rem sub Annulo Piscatoris die XIV. Septem-  
bris MDCCLXVII. Pontificatus Nostri Anno  
Octavo.

D. Card. Passioneus.

Dat. Pontif.  
anno VIII.  
die 14. Sep-  
tembris 1747.

XXXVIII.

Super abusu libelli Repudii Converterum a  
Judaismo ad Fidem Catholicam.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

Exordium.

POSTOLICI Ministerii munus Nobis licet  
immerentibus commissum assiduè Nos ex-  
citât, atque impellit, ut sollicito studio, ac vi-  
gili cura, abusus, pravasque consuetudines, si-  
quas in Ecclesia Dei, vel hominum infirmitate,  
vel malitia, certò novimus irrepsisse, Pastoralis  
Providentiæ sollicitudine compescamus, con-  
gruisque adhibitis remediis, quo citius fieri  
potest, aboleamus.

Judei ad Fi-  
dem conver-  
si, si habent  
Uxorem in  
Judaismo, il-  
lam quando-  
que repu-  
diant.

Nuper quidem Nobis relatum est, certisque  
probationibus manifestò comprobatum, quod  
aliqui Hebræorum, qui ad Christianam Fidem  
conversi uxorem habent renuentem Christianam  
veritatem amplecti, minime dubitant, postea-  
quam ejuratâ Judaicâ perfidiâ sacro lavacro ab-  
luti sunt, & solemnî professione se ad Christi  
Fidem adstrinxerunt, reverti sacrilego ausu ad  
Judæorum Castra, seu Vicum, vulgò il Ghetto,  
ibique Rabbincò ritu, Judaicis superstitionibus,  
damnandisque observationibus, libellum repudii  
uxoribus concedere, vel etiam extra Judæorum  
domicilium, coram Notario Testibusque Chri-  
stianis, eundem libellum repudii uxoribus da-  
re, ut liberam eis nubendi alteri Viro potesta-  
tem faciant. Moyses quidem in Deuteronomio  
cap. 24. ita scriptum reliquit: *Si acceperit ho-  
mo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit  
gratiam ante oculos ejus propter aliquam sedita-*

Repudium  
in Veteri Te-  
stamento  
permissum.

tem, scribet libellam repudii, & dabit in manu  
illius, & dimittet eam de domo sua. Utrum ve-  
rò hæc dumtaxat indulgentia quædam fuerit ad  
majus malum evitandum, adeo qui daret,  
acciperetque repudium, liber quidem a pœna  
esset, non autem a culpa; an autem dispensa-  
tio potius esset a Deo concessa ob cordis He-  
bræorum duritiam, adeo qui libellum repudii  
mitteret, & quæ missum reciperet, & a culpa,  
& a pœna exemptus foret, eisque minime  
veritum esset ad aliud matrimonium validè, ac  
licitè contrahendum procedere, dissident inter  
se veteres, recentioresque Theologi, cum alii  
primam, alii alteram opinionem sequantur. Ve-  
rùm quidquid hac de re sit, illud certum est,  
quod Redemptor Noster Jesus Christus Dei Fi-  
lius interrogatus quid censeret de libello re-  
pudii, quem Moyses permiserat, respondit, ut  
legitur in Evangelio apud Matth. cap. 19., &  
apud Marc. cap. 10.: *Quoniam Moyses ad du-  
ritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores  
vestras; ab initio autem non fuit sic: dico autem  
vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam,  
nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœcha-  
tur; & qui ipsam duxerit, mœchatur: Sermo-  
nemque suum ita conclusit: Quod ergo Deus  
conjunxit, homo non separet. Ex his autem ver-  
bis per legitimam consequentiam inferunt Theo-  
logi, in præsentiarum non amplius licere He-  
bræis proprias uxores repudiare, neque per  
libellum repudii, matrimonii vinculum amplius  
dissolvi, eo quod Jesus Christus illud ad suum  
primævum statum redegit, nempe ad indissol-  
ubilitatem, non lege novâ conditâ, sed dum-  
taxat sublata veteri indulgentiâ, seu dispensa-  
tione super prædictâ indissolubilitate concessâ.  
Quæ cum ita se habeant, etiam si repudium tol-  
leretur inter Hebræos conjuges, qui ambo in  
eadem Judaica perfidia permanent, certè ferri,  
ac tolerari nullo modo debet, ut Hebræus ad  
Fidem conversus, & sacro Baptismate ablutus,  
libellum repudii uxori, quæ in Hebraica per-  
vicacia remanet, judaico more, ac ritu concedat.*

Quamobrem ut in posterum omnia debito  
ordine, & laudabili modo, ac ratione fiant;  
volumus, ac decernimus, ut Hebræus ad Fi-  
dem conversus, si uxorem Hebræam habet, eam  
more solito interpellet, an etiam ipsa conver-  
ti, & cohabitare velit sine contumelia Crea-  
toris: Renente autem muliere, liberum ei erit  
aliud matrimonium contrahere, juxta verba  
Beati Apostoli Pauli in Epist. 1. ad Corinth. cap.  
7.: *Quod si infidelis discedit, non enim  
servituti subiectus est Frater, aut Soror in hujus-  
modi, in pace autem vocavit nos Deus. Ut be-  
nè jam ante animadverit clar. me. Prædecessor  
Noster Innocentius III. in sua Decretali, quæ  
incipit: Quæno, de divortii.*

Quæritur a Theologis, & Canonici juris Con-  
sultis, quando solvatur matrimonium contrac-  
tum ab Hebræo cum Hebræa, quæ se conver-  
tere recusat, & quando conversus novum ma-  
trimonium cum muliere Christiana, & quando  
Hebræus cum Hebræa contrahere possit. Quod  
ad conversum attinet, quidam volunt, præce-  
dens matrimonium dissolvi quoad vinculum, sta-  
tim ac infidelis renuit Fidem Christianam am-  
plecti, aut intra terminum, seu temporis spa-  
tium præfixum in interpellatione, quæ illi fa-  
cta est, nullum responsum præbet. Alii verò pu-  
tant matrimonium solvi, quando conversus aliud  
matrimonium celebrat cum Christiana: Quæ  
opinio in præsentî communior est inter Theo-  
logos, & Canonici juris peritos, & in praxi  
eam sequitur Congregatio Sanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ Cardinalium Decretorum Concilii Tridentini  
Interpretum. De solutione autem vinculi  
matrimonialis, pro eo quod pertinet ad uxo-  
rem, quæ in Hebraica superstitione perseverat,

aliqui

Sed in No-  
va Lege Co-  
tra abso-  
lventur.

Hinc Pontifex decernit quod Hebræus conversus interpellat uxorem Hebræam. Et quæ renuente, possit contrahere cum Christiana.

De Theologorum questione, quando dissolvitur Matrimonium testibus ob contumeliam patris ex conjugibus.

aliqui censent, quod ea in poenam suae perfidiae semper illigata remaneat, neque aliud matrimonium contrahere valeat, donec & quousque Maritus Christianus factus vivit: Alii vero putant, nullo modo eam matrimonium celebrare posse, si Maritus conversus non adhuc ad alias nuptias transiverit: ubi vero conversus matrimonium iniverit, permitti debere mulieri, ut idem facere possit, quia solutio matrimonii privilegium est concessum favore Christianae Fidei, quam ad Christum conversus amplectitur; & ideo recte affirmari posse, datum esse directe, & per se fideli, indirecte vero, & per accidens infideli. Sed quidquid sit de hujusmodi controversiis, quae inter Theologos, & juris Canonici professores disceptantur; de quibus nihil Nos definire intendimus, singulas illorum sententias eo loco, quo sunt, relinquentes; cum Nostra mens, & voluntas nequaquam sit aliquid nunc definire de matrimonio, quod a muliere Hebraea contrahitur, posteaquam nolle se Christianae Fidei nomen dare declaravit: Sed id solum Motu proprio, ex certa scientia, & plenitudine potestatis tenore praesentium volumus, intendimus, ac jubemus, ut cum aliquis Hebraeorum Christianam veritatem amplexus fuerit, non praetermittatur interpellatio mulieri more recepto facienda, an velit, nec ne, se ad Christum convertere, dummodo tamen ex aliqua gravi causa, vel a Nobis, vel a Romanis Pontificibus Successoribus nostris, non censetur hujusmodi interpellatio omittenda, ut videre licet in nostra Constitutione: *In Suprema*, data die 16. Januarii anno MDCCXLV., quae est CXVII. in Tom. I. Nostri Bullarii; immo expressè vetamus, prohibemus, ac interdicimus, ne Conversi quovis tempore, & quovis modo, sive in Judaeorum domicilio, nempe *Ghetto*, Rabbini ritum, sive extra, coram Notario & Testibus Christianis, libellum repudii uxoris, quae interpellata recusant se convertere, aut, omnia vigore dispensationis ejusmodi interpellatione, quia ex probabili conjectura creditum est, minime se ad Christi Fidem conversuras, dare, scribere, aut mittere audeant, & possint.

Poenae contra delinquentes.

Et quoniam ut plurimum contingit, ut leges debitam executionem non consequantur, nisi Sanctio poenalis contra eas transgredientes accedat; hac Nostra in perpetuum valitura Constitutione, motu, scientia, ac potestate pari mandamus, ac praecipimus, ut omnia Tribunaalia, ac Judices competentes, habitâ notitia, aliquem ex Hebraeis conversis, post susceptum Baptismum, libellum repudii intra ipsum Judaeorum domicilium, Rabbiniis superstitionibus adhibitis, uxori non conversae dedisse, statim in eum sine ulla cunctatione, tanquam in Judaizantem, solitis poenis animadvertant; & insuper contra ipsam Judaeorum Universitatem in casu praedicto procedant manu regia multam ab ea exigentes centum scutorum aureorum, cujus tertia pars in praemium accusatori tribuatur, quod vero superest, concessum, & additum ipso jure per hanc Nostram Constitutionem intelligatur Piae Domui Catechumenorum in illis Civitatibus, in quibus ea reperitur, ubi autem hujusmodi Catechumenorum Domus non extat, remaneat libera dispositio Episcoporum, & Ordinariorum, ut eam pecuniam pauperibus Christianis pro eorum arbitrio, & conscientia distribuunt. Sin autem ad Tribunalium, seu Judicum competentium cognitionem pervenerit, quod Conversus libellum repudii extra Judaeorum domicilium, seu *Ghetto*, dederit coram Notario, & Testibus Christianis, pari modo eum tanquam Judaizantem debita poena afficiant, minori tamen, qua plesti debet, qui intra ipsum *Ghetto* Rabbiniis superstitionibus libellum repudii scripserit. Item procedatur

contra Notarium Christianum, & dictam Hebraeorum Universitatem, sine cujus scientia, & procuracione hujusmodi damnabilia negotia non transigantur, & pro rata parte multentur centum scutis aureis, exigendis, distribuendis, applicandisque, ut supra dictum est; tum etiam Testes Christiani poena arbitraria, etiam corporis afflictiva, pro prudenti Judicum arbitrio puniantur. Praeterea, etsi libellus repudii, juxta hebraicum morem, ac ritum, solum a Marito uxori mittatur, non autem permissum sit uxori, ut illum Marito praebeat, nihilominus, quia nobis compertum est, esse aliquos, qui existimant etiam a Muliere Marito dari posse, ut omni in futurum dubitationi, ac quaestioni, quae exoriri posset, occurramus, hac Nostra praesenti volumus, ac declaramus, ut omnia, & singula, quae a Nobis superius de marito ad Fidem converso, remanente ejus uxore in Judaica superstitione, disposita ac statuta sunt, etiam in casu uxoris ad Christum conversae, remanente marito in infidelitate, locum omnino habeant, atque obtineant, & ab omnibus prorsus serventur, & custodiantur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, dictis Hebraeis, eorumve Universitatibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, etiam saepius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, nec non formas, & decreta in illis apposta, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad reliqua in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem praesentes Literas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, in Acie Campi Florae, atque in Platea, quae Judaeorum nuncupatur, per Cursores Nostros publicari, earum exemplis inibi affixis, ac dimissis, ac post hujusmodi publicationem, & elapsum terminum superius praescriptum, cunctos, & singulos, quos concernunt, perinde arcere, atque afficere, ac si eorum cuilibet personaliter intimata fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eandem prorsus fidem in judicio, & extra illud haberi, quae ipsis praesentibus haberetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae voluntatis, inhibitionis, praecipii, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, decimo sexto Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passioneus,

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

N. Antoellus Pro-Abbreviator.

J. B. Eugenius.

Loco \* Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 30. Septembris 1747.

Declarat, quod dictum est de Marito erga Uxorem, intelligendum esse etiam de Uxore erga Maritum.

Derogatio contrariis.

Publicationem praesentium decretum.

Sanctio poenalis.

Dat. Pont. Anno 8. die 16. Septembris 1747.

Circa quam nil Pontifex statuere intendit.

Sed solum statuit, ut supra.



XXXIX.

De Aedificiis, & jure congrui in Civitate Centumcellarum, ejusque Suburbis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium ab accessu Pontificis ad Centumcellas.

Ubi curis non fuit vacuus.

Et ex aspectu illius Litoris varia, ipsius mente digna, ei meditando occurrerunt.

Accessus Pontificis ad illam Civitatem aliquod ei afferre debet beneficium.

Expositio pro parte dictae Civitatis super mala conditione ejus domorum tunc facta.

AD Centumcellas Civitatem Nostram superioribus mensibus Nos contulimus, ut Cives illos Nobis temporaliter Subditos conspectu Nostro solaremur, quod tamen per breve paucorum dierum spatium, quo ibi morati sumus, a curis Apostolicae servitutis Nobis impositae vacuum esse non sivimus; inter cetera enim respondimus Consultationibus nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum, atque etiam dilecti Filii Sigismundi Vicarii Generalis Zagrabien. de quartis nuptiis apud Graecos initis, irritae, an valida essent; aliaque plura Pontificalis sollicitudinis munera obivimus. Siquidem Pastoralis Officii Nobis caelitus mandati, Nos ipsius Tyrreni maris aspectus admonebat. In memoriam Nostram redibat, apud Ostia Tyberina Beatum Augustinum magnum Ecclesiae lumen, dum se post longi itineris laborem navigationi instaurat, cum Sancta ejus Matre, paulo ante quam migraret ad Deum, de Divinae contemplationis dulcedine, & de caelestis Patriae jucunditate colloquentem, in deliciis Domini diem suavissimè transegisse; in hujus maris littore Marcum Minutium Felicem, vindemialibus ferriis, dum a Foro vacabat, egregium illum Dialogum pro Christiana Religione adversus Gentilium calumnias inter Caecilium, & Octavianum medium sedentem disceptationis arbitrum audivisse, & scripsisse: demum hujus maris Insulas innumeros propemodum Dei Servos pro Christi nomine egentes, vexatos, afflictos, verbera & carceres expertos, vinculis & ludibriis onustos, expulsos, ejectos, & quibus dignus non erat mundus, excepisse, & in sinu suo fovisse quodammodo, & amplexas esse. Decet autem, ut adventus Noster in eam Urbem Paterno non destituatur beneficio, & Pontificiis gratis, ac favoribus non careat, quò benevolentiae Nostrae memoria apud illos Cives gratior, & diuturnior benignitate Apostolica reddatur.

Nuper autem dilecti Filii Populus, & Incolae dictae Civitatis Centumcellarum Nobis exponi fecerunt, quod cum die tertia mensis Octobris anni proxime praeteriti duae parvae domunculae nocte ex improvviso concidissent, earum ruinis oppressi, quod non sine animi Nostris dolore audivimus, duodecim homines sunt: Hujusmodi gravis infortunii nuncio delato ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Consultationibus negotiorum Status Ecclesiastici praepositam, eadem Congregatio jussit Gubernatori, ut Domus omnes praedictae Urbis visitari, & recognosci, easque describi eo statu, ac conditione, qua reperirentur, curaret. Electis autem duobus Magistris Coemeteriorum, & duobus ejusdem Urbis Civibus, omnia, quae praecpta fuerant, probè, ac diligenter executioni demandata sunt, & totius Civitatis descriptio accuratè confecta Congregationi praedictae exhibita est: Ex ea autem descriptione, seu relatione, subjungebatur, evidenter constare, Centumcellensem Civitatem plurimis abundare domibus parvis, veterimis, ruinosis, malè materiatis, rimisque faciscentibus, jam prope collabentibus, fulcimentisque subnixis,

quae informem Civitatis aspectum, aërem infalubrem, & incolatum, atque habitationem ingratam, atque injucundam efficiunt, neque hujusmodi publico malo, atque incommodo novis construendis aedificiis remedium aliquid afferri posse: Nam contractus emptionum & venditionum, ob obstinatam Dominorum reventium vendere voluntatem, aut avaritiam plus justo distrahere volentium, vel ob hypothecas, oppignoraciones, Canones, Fideicommissa, aliaque hujusmodi vincula, & onera iisdem domibus imposita, difficillimi, maximèque periculosi redduntur; Propterea humiliter Nobis supplicare, ut de Apostolica Nostra Indulgentia, & suprema auctoritate, eorum necessitatibus prospicere, ac subvenire dignamur.

Nos igitur, cum superius exposita Nobis ipsis probè perspecta, & planè cognita sint, supplicationibus hujusmodi benignè inclinati, volentes ea, quae ad praedictae Civitatis ornatum, salubritatem aëris, ac populi, & Incolarum praedictorum commodum, & incoluitatem conducunt, paterna Nostra Providentia efficaciter procurare, exemplo Praedecessorum Nostrorum Alexandri VI., Pii IV., Gregorii XIII., & Sixti V., qui in suis respectivè Constitutionibus pro hac Alma Urbe plura statuerunt, quae Nobis a jure, & aequitate minimè aliena, sed maximè consona, & dictae Civitati Centumcellarum amplianda, ornandaque apta, & necessaria visa sunt, disponere, ac ordinare constituimus.

Itaque praesenti hac Nostra in perpetuum validura sanctione, motu proprio, ex certa scientia, & de potestate Nostra plenitudine statuimus, ac decernimus, ut Gubernator praefatae Civitatis Nostrae Centumcellarum pro tempore, cum aedificiorum, viarumque Magistris duobus, vel tribus, quolibet anno, vel triennio, publici Consilii decreto eligendis, cum duobus peritis Architectis, seu Fabris Murariis ejusdem Civitatis, singulis annis intra tres menses aestivos, universam Civitatem, quemadmodum hoc vertente anno jussu praefatae Congregationis super consultationibus Status Ecclesiastici peractum est, circumeat, visitet, atque inspicat, & ubi in visitatione hujusmodi singulis annis facienda aliquas domos ruinosas, vel ex parte collapsas, aut omnino dirutas, locave aperta viis publicis haerentia esse cognoverit, sollicitè curet, ne laceræ, atque inhabitatae domus, interruptaque spatii viarum interjacentibus domorum septa Urbi deformitatem, atque incommoditatem afferant, eas celeriter de novo construi, aut refarciri. Quare quoscumque earum domorum Dominos, ad instantiam dictorum Magistrorum Viarum, debitis poenis propositis, cogat coram publico Notario in actis intra terminum unius mensis declarare, an velint domus hujusmodi dirutas, vel ruinam minitantes vel apte instaurare, vel rursus aedificare; areas verò, aliaque loca hujusmodi aperta ab iisdem possessa, an velint in eis nova aedificia construere, an muro saltem claudere, si locum, seu spatium praedictum ad novum aedificium construendum minimè sufficere, aut idoneum esse idem Gubernator censuerit, murumque ipsum ad eam altitudinem, quae proxima aedificia, proximisque muros aequet, vel ad aliam, quam ipse, ex consilio praedictorum Viarum Magistrorum, praescripserit, attollere: Si autem dicti Domini, & possessores intra praefatum spatium modo praedicto se ad restaurandum, vel de novo aedificandum promptos, ac paratos esse declaraverint, idem Gubernator pro tempore alium terminum duorum mensum praestituat, intra cuius spatium arenam, calcem, lapides, caementa, aliaque hujusmodi ad aedificationem

Cui remedium afferri, ob difficultatem in contractibus emptionum, & venditionum veniuntur.

Pontifex supplicationibus Civitatis annuere intendit.

Et propter mandata, singulis annis visitentur.

Et domus ruinose restituantur, & aedificentur.

Interpretatio domus.

Alias devotantur ad rem, cum, quae sub onere praesentis aedificiorum nis venduntur.

necef-

necessaria conquista, & parata habeant, & deinde tertium terminum novem, vel plurium mensium, juxta qualitatem reparationis, seu novae aedificationis faciendae, ex consilio dictorum peritorum, & Magistrorum Viarum, assignet, intra quod necessariam reparationem, seu novam aedificationem absolvere, ac perficere debeant, sub poena, in casu contraventionis, amittendae domus, vel areae, vel spatii praedicti, quod statim sine ulla dilatione, omnique beneficio purgationis morae excluso, ipso jure statim addicatur, & adjudicatum Camera Nostrae Fisco censetur, non obstantibus quibuscumque fideicommissis, primogenituris, investituris, donationibus, pactisque succedendi, aliisque juri- bus, & oneribus hujusmodi: Easdem vero domos, areas, vel spatia, statim ac adeptus est, debeat Fiscus Noster aliis vendere, & concedere, qui ad eas apte restaurandas, seu de novo aedificandas, oblati fidejussoribus, seu data idonea cautione, aliisque observatis inferius respectu emptoris sub hasta praescribendis, se obligaverint.

Ad consulendum vero majori Dominorum commoditati, seu facilitati pro dictis reparationibus faciendis, vel novis aedificiis construendis, volumus, & mandamus, ut quicumque illis pecuniam ad dictum effectum dederit, prelato ei super dicta domo restaurata, vel novo aedificio constructo, ante omnem alium Creditorem cuiusque juri, hypothecae, anterioritatis, vel titulo dotis, fideicommissi, reservationis domini, vel alio quocumque quantumvis privilegiato, vel privilegiatissimo innixum, & sufful- tum, omnino comperat, dummodo tamen pecunia praedicta deposita in Monte Pietatis cum ordinibus ab ipso Domino domus aedificandae, vel restaurandae, & ab ipso pecuniae datore, & ab uno ex Magistris Viarum subscriptis, in praefatam restorationem, seu novam aedificationem, verè conversa & erogata fuerit.

E diverso autem, si Dominus domus, seu areae praedictae, intra primum unius mensis terminum, in actis voluntatem suam restaurandi, aut aedificandi non declaraverit, Gubernator pro tempore, solitis propositis edictis, intra terminum alterius mensis ad venditionem ejusdem domus, seu areae deveniat, eamque plus licitanti, majusque pretium offerenti addicat, eumque omnibus aliis oblatoribus praerendum decernat; si autem plures fuerint ejusdem pretii Oblatores, tunc, & eo casu dumtaxat, is praer omnibus obtineat, qui rei particeps, & confors fuerit; post hunc vicinus, & inter plures vicinos, qui magis indiget, vel qui vicinus est pluribus partibus, inter ceteros vero, qui plus, quique ad majorem ejusdem Civitatis ornatum, & commoditatem publicam aedificare voluerit, iudicio ejusdem Gubernatoris, ex consilio dictorum Magistrorum Viarum, praeratur. Is autem, qui licitatione vicerit, & adjudicationem domus, seu areae sub hasta vendita obtinuerit, teneatur integrum pretium, seu pecuniam deponere in Monte Pietatis ad eam infundendam in emptionem tot Locorum Montium non vacabilium, sive unius, aut plurium censuum cum Locis piis, seu Communitatibus Status Ecclesiastici contrahendorum, quae Loca Montium non vacabilia, seu census, perpetuo subiecta, & illigata remaneant iisdem vinculis fideicommissi, investiturae, hypothecae, aliorumque onerum cujuscumque conditionis, & qualitatibus, quibus antea domus vendita obnoxia erat; adeo ut domus illa ab omni quocumque onere, praeterquam ab annuo Canone, cui forte subiecta esset favore Domini directi, libera, & exempta in Emptorem, ejusque Successores pertranseat.

In hujusmodi autem publicis auctionibus, & venditionibus sub hasta faciendis, illud etiam

palam edicatur, quod auctione, seu subhastatione peracta, non amplius ad offerendum, quicumque alius fuerit, admittetur, sive pupillus, sive minor, sive mulier, sive Ecclesia, sive Locus Pius, seu alia quaecumque Persona, quae ex quavis causa, vel titulo, etiam fundato in jure communi, aut statuto municipali, & quantumvis privilegiato, & privilegiatissimo, vel etiam ex pacto, & conventionione expressa, se omnibus aliis praerferri intendat, ut a litibus, & controversiis, quae hinc exoriri possent super prelacione hujusmodi, ceteris dirutarum domuum restauratio, sive aedificatio non retardetur. Propterea illud etiam in publicis auctionibus, seu subhastationibus Edictis aperte exprimitur, & declaretur, quod major Oblator, seu is, cui domus, vel area sub hasta posita addicetur, non solum tenebitur integrum pretium oblatae, cum supradictis vinculis, apud Aedem Sacram deponere, sed ulterius debebit in actis, oblata idonea fidejussione, seu cautione, a Magistris Viarum eorum periculo approbanda, se obligare instituendi statim, & sine ulla mora reparationem, seu novam aedificationem domus, seu areae in auctione emptae, eamque absolventi, & perficendi intra alium terminum octo, vel plurium mensium, juxta qualitatem aedificationis, seu reparationis faciendae, a Gubernatore pro tempore ex consilio Magistrorum Viarum determinandum, sub poena in casu contraventionis confiscationis ejusdem domus, seu areae, & alterius quingentorum aureorum, applicandorum similiter Fisco ad effectum deponendi in Monte Pietatis, & erogandi in restorationem, seu aedificationem ejusdem domus, seu areae, absque eo quod in alium usum ex quacumque urgente, & urgentissima causa converti possint.

Ut vero ex restorationibus, seu novis aedificiis construendis majus ornamentum Urbi, nullum vero detrimentum publicis viis, & Foris, sive Urbis munitionibus proveniat, munus sit Magistrorum Viarum diligenter curare, ut nova aedificia apto modo, ac forma fiant, & si opus fuerit, per ipsos Variarum Magistros ad vias dirigendas, informesque situs tollendos praerferatur locus jaciendis fundamentis novi aedificii, jussu tamen, & decreto Gubernatoris pro tempore, eo modo, ratione, & forma ab ipso Gubernatore ante approbanda, quo magis, sine damno tamen ac praerjudicio Dominorum domuum, aliorumque aedificiorum, pulchritudini, & commoditati Civitatis consulatur.

Uterius ut eadem Civitas Nostra Centumcellarum populi multitudine, & Incolarum frequentia augetur, quia brevi, & angusto murorum spatio circumdatur, ad ejus Suburbia inhabitanda, novisque aedificiis replenda, non solum temporali Ditioni Nostrae subditos, sed etiam externos paternis favoribus, & gratis invitare decrevimus. Quo igitur promptius alacriusque ad aedificandum, habitandumque in Suburbis praefatae Civitatis Nostrae omnes cujuscumque gradus, & conditionis alliciantur, & provocentur; Motu proprio, scientia, & potestate simili, tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ut omnibus Ecclesiis, & Locis Piis, aliisque quibuscumque, qui penes quaecumque idoneam personam, aut Aedem Sacram, & in quocumque loco pecunias ad effectum illas in emptionem aliorum bonorum stabiliam, & in evidentem utilitatem convertendi depositas tenent, vel in futurum tenebunt, illas in domorum in praefatis Suburbis existentium aedificationem impendere possint, & pecuniam hoc modo collocata & impensa, in evidentem utilitatem ipsarum Ecclesiarum, & Locorum Piorum, aliorumque ad similia obligatorum cessisse, & cedere censeantur.

Insuper eisdem motu, auctoritate, & scientia,

1747.  
se caveri de-  
beat.

De facultate Magistrorum Viarum quoad formas aedificiorum.

Insuper indulget Ecclesiis & Locis piis, ut in Suburbis Centumcellarum aedificando, in evidentem Ecclesiam ut litatem pecuniam investimentum cedere censeantur.

Habitantes in suburbis, ratione Dubi-

Consulita-  
men Domi-  
norum con-  
struere vo-  
lentium in-  
demnitati.

Secus si re-  
nuant.

Da gradibus  
praeriationis  
quoad empro-  
res sub hasta.

Quid in E-  
dictis subhastationis expres-

1747.  
 ti extra Stra-  
 tum contracti  
 cum Persona  
 non subdita  
 molestari ne-  
 queat.

tia, presentiumque tenore precipimus, & mandamus, ut ii, qui domos, seu aedificia in dictis Suburbis constituta pro tempore habitabunt, ratione aris alieni, aut cuiusvis contractus, obligationis, instrumenti etiam jurati, etiam sub Camera Apostolica, vel alia quavis forma, & conceptione verborum, extra tamen Loca Ditioni Nostra Ecclesiastica in temporalibus subiecta initi, & celebrati, seu contracti; cum exteris tamen, non autem cum temporalis Nostrae ditioni subditis; quamdiu aedificia, vel domus huiusmodi inhabitabunt, vigore mandati cuiuscumque Iudicis, vel Tribunalis, vel in persona, vel in rebus, seu mobilibus in iisdem domibus, seu aedificiis, quas incolunt, existentibus, molestari minime possunt, nec debeant; utque eadem domus, seu aedificia de novo construenda in generali obligatione bonorum in quovis contractu, & instrumento quovis modo, & quavis obligatione munito, dummodo tamen contractus, & instrumentum praedictum sit favore exteri, non autem subditi Nostrae, & simul sit extra Statum Nostrum Ecclesiasticum stipulatum, & peractum, adeo ut si una ex dictis duabus conditionibus deficiat, huiusmodi privilegium nullo modo locum habeat, hypothecae, & cuiuscumque alii juri, & obligationi simili nunquam subiecta, & obnoxia habeantur. Insuper ut praefata domus, & aedificia quaecumque, per quovis in praenominatis Suburbis aedificata, vel in futurum aedificanda, ex quocumque crimine, & delicto quantumvis gravi, criminibus tamen Divinae, & humanae Majestatis laesa tantum exceptis, in Fiscum redigi, seu confiscari nequeant, sed eorum Dominis, vel in eis jus habentibus, ipsorumque Successoribus, perinde ac si delicta non commisissent, firma & illaesa remaneant.

Neque do-  
 mus in dictis  
 Suburbis a-  
 edificate Fisco  
 adjudicari  
 queant.

De jure ap-  
 podii tam in  
 Civitate,  
 quam extra.

Intercapedines primo  
 aedificantis  
 sint.

Forma ser-  
 vanda in ven-  
 ditione favo-  
 re Tertii, in  
 exclusionem  
 vicini, in ca-  
 su spontanea  
 venditionis.

Pro domibus autem, & aedificiis aut novis instruendis, aut veteribus ampliandis, tam in praedictis Suburbis, quam in ipsa Civitate Centumcellarum, liceat cuiuscumque quovis muro sibi propinquo liberè uti, eique tigna, lapides, aliamque materiam aedificii sui, totumque ipsum aedificium injungere, atque annectere, etiamsi murus is ad vicinum suum totus pertineat, perfoluto tamen ejusdem muri dimidio pretio, ad eam aestimationem, quam duo periti, quorum singulos singulae partes elegerint, vel illis discordibus, tertius, quem ex officio dictus Gubernator designaverit.

Et si inter duas domos angusta aliqua semita, seu angiportus, vel intercapedo trium circiter non amplius palmorum intersit, liceat ei, qui primus in altera earum domorum aedificare ceperit, habita tamen ab ipso Gubernatore ex consilio Magistrorum Viarum licentia, totum sibi angustum illud spatium, sive intercapedinem, nullo perfoluto pretio, dummodo luminibus vicini non officiat, occupare, ac domui suae adungere, domumque ad vicini murum ducere, muroque, ut supra dictum est, communiter uti.

Si autem aliqua domus, sive fundus, aut solum, in iisdem Civitate, & Suburbis, volente suo sponte Domino, vendendum erit, teneatur venditor perquirere a vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiamsi se empturos nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisque pretium, atque omnia pacta, & conditiones, quibus cum alio verè, omnique procul fisione contraxit, intimare: quo peracto, jurent tam venditor, quam emptor apud acta publici Notarii, venditionem de huiusmodi re jam factam, & intimatam esse veram, & in ea, ejusque pretio non intercessisse dolum, fraudem, aliquamve simulationem: si autem vicini praedicti se eisdem pretio, ac

pactis, & conditionibus empturos non promiserint, praesentes scilicet intra quindecim dies, absentes verò inter triginta a die praestitorum huiusmodi juramentorum, vel si tam praesentes, quam absentes intra alios quindecim dies ab huiusmodi declaratione, & promissione, si fiat, omnia juxta ea, quae in venditione intimata continebuntur, non praestiterint, pretiumque, si quod in illa solutum fuerat, non perfolverint, & de aedificando ibi ad certam summam, certumque tempus, ac sub certa poena, prout ab eodem Gubernatore praescriptum fuerit, se non obligaverint, illis posthabitis, venditio cuiuscumque alii facta maneat, & rata sit; è contrario autem si superius statuta neglecta, ab ea praetermissa fuerint, venditio irrita, ac nulla habeatur, nullumque jus emptori tribuat, & quoad illum omnino pro infecta sit, si vicini intra annum a die, quo illam receverint, se opposuerint.

Eadem omnia, & in Inquilino locum habeant, cum domus, volente Domino, venalis erit, videlicet ut etiam ipsius domus Inquilino, si quis erit, perquisitio, & intimatio fieri modo praedicto, ipseque si emere voluerit, tum intra eosdem terminos, tum deinceps, eadem faciat, quae vicini facere debent, excepta dumtaxat oblatione, & obligatione de aedificando. Etenim inter Inquilinum, & vicinos ea sit distinctio, ut volentibus aedificare vicinis, Inquilini nulla ratio habeatur, sed tantum vicinorum. At illis non promittentibus aedificare, Inquilino, etiamsi aedificaturus non sit, idem jus in emptionem competat, quod vicinis, si aedificare vellent, secundum praedicta competeret.

Veruntamen quando in casu praedicto spontanea venditionis duo vicini fuerint, quorum aedificia vendenda res opportuna existat, & propterea illam sibi quisque ex hac Constitutione vendi postulet, is obtineat, qui magis illa indigerit, aut si uterque aequè indigeat, inter utrumque dividatur, quatenus utriusque commoda portio tribuatur. At si huiusmodi portiones utriusque forent inutilis, tota illi detur, cuius aedificio a pluribus partibus, vel aliis magis adhaerent; si verò alteri tantum divisio inutilis futura sit, nihil illi, sed tota alteri detur. Quod si nulla fuerit aedificantium indigentia, is praefertur, qui magis fuerit vicinus; vel in vicinitate pari, is, qui majora aedificia, quaque magis ad commoditatem, & pulchritudinem Civitatis conferunt, iudicio ejusdem Gubernatoris, ut superius de venditione sub hasta statutum est, construere promiserit.

Praeter supra dictos autem vicinitalis casus, si quis domum, aliumve fundum, aut solum, in emphytheusim, aliumve titulum, perpetuo, vel ad unius, aut plurium personarum vitam, pro annuo Canone, aliave responsione concessam habeat, ibique aedificare velit, & se ad aedificandum, aedificiumque perficiendum intra terminum, modo, & forma superius expressa ei praescribendum, obligaverit, liceat eidem Gubernatori, eo petente, domum, fundum, aut solum huiusmodi, ab ejus directi Domini, licet nolentis, proprietate, dominio, ac jure, nec non a Canonis, seu responsionis praestatione eximere, & liberare, alia re stabili prius constituta, pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis, saltem paris, quae loco illius libertate sit, quoad omnia; & ad eundem directum Dominum ratione proprietatis, domini, devolutionis, & aliis cuiuscumque juris, & oneris, eisdem modo & forma, pertineat, quibus illa pertinebat, translato quoque ad istam huiusmodi Canone, sive responsione, cum augmento quinta illius partis, & insuper praestita idonea cautione, & etiam facta per illum, qui aedificaturus est,

De a-  
 Inquilino  
 ficare v-  
 tis.

Quid sit  
 vandum in  
 concurren-  
 rum vicin-  
 rum emere  
 volentium  
 casu sponta-  
 neae venditi-  
 nis.

Faciliter  
 eribunt G-  
 bernator  
 francan  
 Domus & b-  
 lum.

obliga-

obligatione omnium suorum bonorum, tum quod res, in quam facta est hujusmodi translatio, libera est, tum etiam de evictione, in ea forma, qua in hac Romana Urbe praestari solet.

Praemissa de quibuscumque bonis, etiam Ecclesiasticis, intelligantur.

Quaecumque autem superius statuta sunt de praediis urbanis, seu domibus, aedificiisque dirutis, seu ruinosis, areis, locis, aut sponte, aut coacte vendendis, vel etiam a directis Dominis liberandis, ea locum omnino habeant, etiam ad Ecclesias, ad cuiusvis ordinis Monasteria, & etiam Mendicantium domos, aliaque loca Religiosa, necnon Hospitalia, Sodalitatesque, aut Confraternitates, caeteraque Pia Loca pertineant, dummodo neque contigua Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, Religiosisque, ac Piiis Locis hujusmodi, neque intra illorum septa consistant; sive sint laicalia, & cuiuscumque fidei commisso, substitutioni, successioni, vel dispositioni obnoxia; & tam haec laicalia, quam illa Ecclesiastica eorum, qui illa reliquerunt, seu dederunt, ultima, vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocumque onere gravata.

Gubernator Civitatis super hisce summarie cognoscere debet.

Ad supradicta autem omnia & singula facienda, & exequenda, & in illis, & pro illis summarie, & simpliciter, & de plano, solaque veritate inspecta procedendum; plenam liberamque auctoritatem, & potestatem dicto Gubernatori pro tempore, de consensu tamen Cardinalis Praefecti Congregationis praedictae super consultationibus negotiorum Status Ecclesiastici in Ecclesiasticas Personas, eidemque Gubernatori ex consilio praefatorum Magistrorum viarum in Laicas, de eadem Potestatis plenitudine, praesentis Constitutionis auctoritate, tribuimus & demandamus.

Et in casu controversiae, illa in partem majoris Civitatis ornatus decedi debet.

Decernentes eadem omnia, & singula, quae supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controversia continget, in eam partem interpretanda esse, quae ad Urbis ornatum magis facere videbitur; ac semper, & ubique sive in iudicio, sive extra iudicium, favorabilia censerit. Et ita ab omnibus iudicibus, etiam Palatii Apostolici Auditoribus, & Cardinalibus, sublata quavis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari, & iudicari debere; Et si secus fiat, fore irritum, & inane.

Sublata aliter iudicandi facultate.

Non obstantibus praemissis, ac felicis recordationis Symmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictaque Urbis, atque Ecclesiarum, Monasteriorum, & Locorum Religiosorum, sive Piorum, Ordinumque, quorum bona hujusmodi fuerint, statutis, & consuetudinibus, nec non testantium voluntatibus, aliisque dispositionibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, & Literis Apostolicis eidem Ecclesiis, Monasteriis, & Locis, eorumque Superioribus, Capitulis, & Conventibus, aliisque quibuscumque concessis, & quibusvis aliis Sedis Apostolicae indulgentiis, per quae praesentium executio, & per eas tributa jurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel retardari; quibus omnibus, eorum tenores pro plenè, & integrè expressis habentes, de potestatis plenitudine praedicta derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

Sanctio poenalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrae ordinationis, concessionis, praeccepti, indulti, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. Pontif. anno VIII. die 30. Septemb. 1747.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadagesimo septimo, pri-

die Kalend. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Pro Domino Cardinali Passione Jo. Florius Substitutus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA.

N. Antonellus Pro-Abbreviator.

J. B. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

De Jurisdictione Episcopi Spirensis in Ecclesiam Collegiatam Beatae Mariae Virginis in Bruchsal, ejusque Capitulum.

X L

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CAUSARUM Palatii Apostolici Auditorum Collegium, quod vulgo Rotam Romanam vocant, ex duodecim Viris, Juris Civilis, & Canonici scientia aequae, ac probitate insignibus, & è diversis terrarum Orbis partibus in hanc Almam Urbem accitis compositum, Romani Pontifices Praedecessores Nostri summo semper in honore habuerunt, eosque in rebus arduis quandoque consulere, & eorum opera, atque industria in Causis coram se cognoscendis uti quoque consueverunt. Nos igitur in eadem Beati Petri Cathedra Divino consilio collocati, Nostrorum Praedecessorum exempla sequi, eorumque vestigiis insistere cupientes, quae probe, recteque ab iisdem Praedecessoribus constituta, diuque retenta sunt, servare, ac custodire, quantum in Nobis est, temporumque, ac rerum conditio finit, summopere studemus, atque satagimus. Itaque quatuor ab hinc annis veterem controversiam, quae ab antiquissimo tempore intercedebat inter Episcopum Conversanum ex una, ac Magnum Magistrum, & Fratres Milites Militiae Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani ex altera Partibus, ad Nosram cognitionem revocavimus, & iuribus utriusque Partis mature perpensis, adhibitis insuper in consilium dilectis Filiis praedictis Causarum Palatii Nostri Auditoribus coram Nobis ea de Causa congregatis, eorumque sententiis auditis, supremo iudicio Nostro decidimus, ac definivimus, ut videre licet in Nostri Bullarii Tomo XVI. Constitut. LXXVI. pag. 142. & seqq.

Pontifex, Praedecessorum morem sequutus, Auditorum Rotae consilio utitur.

Id ipsum nuper agendum duximus in Causa, quae vertebatur inter dilectos Filios Canonicos, & Capitulum Ecclesiae Collegatae Odenheimensis in Bruchsal ex una, & dilectum Filium Promotorem Fiscalem Curiae Episcopalis Spirensis ex altera Partibus, quam ad Nosram cognitionem a quocumque Tribunali avocatum, posteaquam Advocatos, utriusque Partis Jura tam voce, quam scripto tuentes, audivimus, Apostolica, aliaque Privilegia, atque Diplomata, caeteraque omnia per Nos ipsos accuratè inspeximus, & interiora Causa rimati sumus, rogatis eorundem dilectorum Filiorum Palatii Nostri Auditorum sententiis, ad parcendum litigantium expensis, & consulendum paci, & concordiae Ecclesiarum, quae hujusmodi litibus, & controversiis non paulum interturbatur, interposito supremo iudicio Nostro, & auctoritate Apostolica, modo, & forma inferius a Nobis exprimendis, terminare volumus.

Eorundem sententias exquiri in Causa Spiren. praeterea Exemptionis.

Monasterium in loco Odenheim Diocesis Spirensis a Brunone Archiepiscopo Trevirensi fundatum esse sub invocatione Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sub Regula Sancti Benedicti, narrat Trithemius in Annalibus Hirsaugiensibus Tomo 1. ad Annum Christi;

Collegiatae Odenheimensis origo, & vices.

MCXXXIII., eique Monasterio pro dote assignata fuisse bona de domestico ipsius Brunonis patrimonio, consentiente Popone ejus fratre; ad illud autem inhabitandum missos fuisse ab Abbate Volmaro nonnullos suae Congregationis Monachos, atque inter eos Eberardum Monachum sanctitate vita, & regulari observantia eximium, qui primus ejusdem Monasterii Abbas fuit. Eadem referuntur etiam a Joanne Mabillonio in suis *Annalibus Ordinis S. Benedicti* pag. 98. *novissima Editionis Lucensis*. Aliquot saeculis elapsis Anno MCCCCXCIV. ab Alexandro VI. Praedecessore Nostro, ad enixas Maximiliani I. Imperatoris preces, Monasterium à Regulari ad statum saecularem redactum est, illudque in Collegiatam Ecclesiam saecularem, pluribus Canonicibus, & Dignitatibus constitutis, erectum; deinde verò ejusdem Ecclesiae Collegiatæ saecularis Capitulum translatum fuit ad Ecclesiam Beatae Mariae Virginis Oppidi Bruchsalen., quod pariter intra ejusdem Diocesis Spirensis fines continetur.

Capituli  
Bruchsalensis  
intentio.

Partitio Cau-  
sæ.

Hujus Collegiatæ Ecclesiae saecularis Canonici, & Capitulum contendebant, se in omnibus prorsus exemptos esse a jurisdictione Ordinaria Episcopi Spirensis: & tribus veluti firmissimis fundamentis eorum intentio innitebatur; nempe iis primo, quæ per id tempus peracta fuerunt, quo tempore Monasterium cum Monachorum Conventu in loco Odenheim permansit; deinde iis, quæ sequuta sunt cum Monasterium ad statum saecularem redactum fuit; & demum iis, quæ acta sunt, posteaquam Monasterium à loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalensem translatum est. E diverso Promotor Curiae Episcopalis Spirensis affirmabat, Capitulum Odenheimense, in omnibus illis statibus, ac temporibus, Episcopali jurisdictioni semper subiectum fuisse.

De Instru-  
mentorum e-  
ditorum fide,  
disquisitio o-  
mittitur.

In primis autem a Capitulo in medium prolata fuerunt plures Apostolicæ Literæ, seu Bullæ Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, & nonnulla Imperatorum Privilegia, seu Diplomata. At a Promotore Curiae Episcopalis probationes ex illis desumptæ elidebantur exceptione falsi; qua exceptione in re haud dissimili usus est etiam Petrus Blesensis in Epistola ad Alexandrum III., quæ est sexagesima octava, & sub nomine Richardi Archiepiscopi Cantuariensis circumferri solet: *Falsarium enim, inquit, præstigiola malitia ita in Episcoporum contumeliam se armavit, ut falsitas in omnium fere Monasteriorum exemptione prevaleat, nisi in decisionibus, & examinationibus faciendis, Juxta veritatis exactior districtissimus intercedat.* Exorta inter Partes hujusmodi disputatione, eaque exardescente, judicalem disceptationis ordinem sequendo, necessarium omnino fuisset, de veritate, seu falsitate dictarum Literarum, seu Diplomatum judicium proferre, juxta monitum Praedecessoris Nostri Bonifacii VIII. in *Cap. Cum Persona, de Privil. in sexto: Statuimus, ut hi, qui se afferunt per privilegia, seu indulgentias Apostolicæ Sedis exemptos, a Locorum Ordinariis requisiti; hujusmodi privilegia, vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos &c. ad legendum integraliter exhibere teneantur.* Sed visum est, hujusmodi examen veritatis, seu falsitatis dictarum Bullarum, & Diplomatum, ad Causæ definitionem parum, aut nihil conferre, ut melius constabit ex iis, quæ inferius dicentur.

Regula juris  
in hujus ge-  
neris contro-  
versis.

Etenim admissa etiam hujusmodi Apostolicarum Literarum, aliorumque Diplomatum veritate, nihilominus totius controversiæ summa expendenda remanebat ad regulas Juris Canonici. Cumque, juxta eas, assistentia Juris militet pro jurisdictione Ordinaria; profecto, si quis ab ea exemptum se esse contendat, evincere id debet argumentis, & probationibus a Jure Canonico præscriptis, iisque minimè dubiis,

sed omnino certis, ac manifestis.

Nam usque ab Ecclesiæ Saeculo quinto, cum quidam Monachi impii Barsumæ affectæ affererent, se Episcopi Palestine, in quorum Diocesis sita erant Monasteria, minimè esse subditos, neque sub eorum jurisdictione, ac potestate positos; Patres Concilii Generalis Calcedonenfis *Can. 4.* decreverunt: *Monachos, qui sunt in unaquaque Regione, & Civitate, Episcopo subiectos esse.* Celebre est quoque in hac re dictum illud Pontificis Hadriani II. in Epistola ad Carolum Regem, *quam refert Saeculo nono Cardinalis Baronius Tomo X. suorum Annalium ad Annum 871. pag. 501. Romana Editionis: Nostis enim, quia omne Monasterium in potestate Episcopi consistere debet, juxta Canonice Sanctionem.* Neque silentio prætereundum est, quod juxta Concilium Aurelianense relatum in *Canone omnes Basilica, XVI. quæst. 7.*, Ecclesiae omnes, quæ in Diocesi reperiuntur, Episcopo subiectæ sunt: *Omnes Basilica, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie constructur, in Episcopi potestate consistunt, in cujus territorio posita sunt.* Quamobrem onus est prætendentis exemptionem ab Episcopali jurisdictione, id certum, ac probatum facere, aut Privilegiis, aut Præscriptione legitima, quæ consequenter ad titulum, causam, & fundamentum præscribendi præberit; ut prosequitur idem Praedecessor Noster Bonifacius VIII. in *cit. Cap. Cum Persona, de Privil. in sexto*, hujusmodi verbis: *Cum de jure communi Ordinarium intentio sit fundata, sua jurisdictione loquitur de Episcopis) uti possunt liberè in eosdem, donec de præscriptione Canonica (aut de privilegiis, de quibus antea loquutus fuerat) ut præmissum est, fecerint plenam fidem.*

Id autem amplius in specie proposita accedit, quod quum agatur de plenaria exemptione, & libertate indefinita a potestate, & jurisdictione Ordinaria, ac proinde non solum ab illis juribus, quæ ad legem Diocesanam referuntur, sed ab illis quoque, quæ respiciunt legem jurisdictionis, nimirum a correctione, & emendatione; opus est, ut privilegium ex plenitudine Apostolicæ Auctoritatis promanet; cum Episcopus ex limitata sua Auctoritate concedere nequeat plenam, & absolutam exemptionem, ut docent Juris Canonici Interpretes in *Cap. Constitutus, de religiosis Domibus*; quorum antiquissimus est doctus Praedecessor Noster Innocentius IV. in *dicto Cap. Constitutus num. 2.* *Non potest, loquitur de Episcopo, in totum jus Episcopale dimittere, & Ecclesiam a tota sua jurisdictione dimittere &c. Alii dicunt, quod non valuit hæc concessio suis juribus, sed confirmatione Papæ tantum &c. sola confirmatio sufficit ex scientia Papæ concessa.*

Profecto ad Monasterium a Brunone Archiepiscopo Trevirensi, ut dictum est, fundatum in loco Odenheim, pertinent Testamentum ejusdem Brunonis, Constitutiones omnes Pontificiæ, quæ in hac causa exhibitæ fuerunt usque ad Alexandrum VI., tum etiam Imperialia omnia Diplomata.

Prolatum quidem non est Testamentum Archiepiscopi Brunonis; sed ejus tenor plenè relatus est in duobus Privilegiis, seu Diplomatum Henrici IV. & Friderici I., quæ sicut superius indicatum est, nunc pro authenticis ponuntur, quia in eorum veritate examinanda supersedendum esse censuimus. In suo Testamento Archiepiscopus Bruno Monasterium cum suis pertinentiis Romanæ Ecclesiæ subijcit, solutionem annui Censui exhibet, aliam quamcumque personam excludit, & uni Abbati illud subijci vult; præcipit Abbatis electionem a Monachis dumtaxat faciendam, eorumque in potestate esse jubet, illum regimine destituere, si malè

Quid in  
bandum in  
parte Cap-  
li.

i. De his  
pertinet ad  
primum Mo-  
nasterii  
tum.

i. De Testa-  
mento Brunonis  
Faventi-  
toris.

in gubernando Monasterio versetur, iisque etiam potestatem facit eligendi Advocatum, seu Monasterii Defensorem.

De subiectione Monasterii Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tum etiam de solutione annui Censuræ, verba hoc loco facere omittimus, quia Nobis inferius ea de re loqui necesse erit: Superfluum quoque est de exclusione Sæcularis potestatis differere, cui nihil commune est cum exemptione a jurisdictione Ordinaria, & Spirituali Episcopi. Itaque, quod ad Testamentum Brunonis attinet, totius investigationis summa ad tria redigitur, scilicet ad facultatem eligendi Abbatem, privandi eum regimine, si malè regat, & ad libertatem eligendi Advocatum, seu Defensorem. Harum autem omnium nulla res est, quæ ad plenariam exemptionem a jurisdictione Ordinaria Episcopi stabilendam inserviat.

Etenim in eunte sæculo XI. Theudaldus Marchio fundavit celebre Monasterium Sancti Benedicti in Polirone in Statu Mantuano, eique amplissima latifundia assignavit, reservata sibi, suisque Successoribus, & Hæredibus facultate nominandi Abbatem, ad quem regimen Monachorum, qui Regulam Sancti Benedicti profitebantur, pertineret: *Hoc Monasterium nulli Regi, nec alicui Potestati concedimus, ut habeant aliquam potestatem alicui pro quovis ingenio dandi, neque alicui Archiepiscopo, vel Episcopo infringendi, aut inquietandi, sed in perpetuum in meam, & in meorum Hæredum, & qui de eis legitime nati fuerint, ut supra legitur, permanent potestatem. Præterea volo, & statuo, ut Abbas ipsius Monasterii, qui a me, vel a meis Hæredibus, & qui de eis legitime nati fuerint, ut supra legitur, missus fuerit, benedictionem, & consecrationem suam Mantuanæ Ecclesiæ primo postuletur, & si everserit, quod Episcopus Mantuanensis Ecclesiæ resutaverit &c. ad quemcumque Episcopum voluerit, vadat, & benedictionem sacrationis ab eo recipiat, absque alicujus contradictione: sunt verba Instrumenti fundationis, rudiliter ætatis stilo conscripti, & quæ edita sunt in fine historiae ejusdem Monasterii, quam bon. mem. Abbas Bacchinus literis tradidit.*

At verò diversam viam, ac rationem sequutus est Archiepiscopus Bruno, cum Sæculo post Monasterium Odenheimense fundavit: Nam, contentanè ad Regulam S. Benedicti, voluit, ut Monachi Abbatem sibi eligerent; id quidem solummodo addidit, quod in Regula S. Benedicti non continetur, imò quod Juri Canonico contrarium est, nempe si Abbas in gubernatione Monasterii perperam versaretur, privari posse a Monachis, & alium in ejus locum eligi. Siquidem legitur in *Can. Monasteria, XVIII. quest. 2. quod Monasteria, vel Monachorum Disciplina, ad eum pertinent Episcopum, in cuius sunt Territorio constituta. Ad Episcopum igitur pertinebat, irreligiosum Abbatem in ordinem redigere, vel, si opus esset, Abbatiam ipsi adimere, ut etiam scriptum est in *Can. si quis Abbas, loco laudato: Ab Episcopo, in cuius Territorio constitit, & a vicinis Abbatibus, & cæteris Deum timentibus, a suo arceatur honore, etiamsi omnis Congregatio vitiiis suis consentiens eum Abbatem habere voluerit. Verumtamen ex præmissis affirmari nequaquam potest, Archiepiscopum Brunonem ab electione Abbatis Episcopum omnino excludere voluisse; quoniam cum in sua Testamento loquutus est de Monachorum facultate in Abbate sibi eligendo, eoque exauctorando, si, posteaquam bonus electus esset, improbus fieret; nequam de casu illo cogitavit, quo a malis Monachis deterior Rector, & Abbas eligeretur; quo casu Regula, quam Sanctus Benedictus omnes suos Monachos servare voluit, quamque Archiepiscopus Funda-**

tor in suo Monasterio profitendam esse præscripsit, potestatem facit Episcopo, se ingerendi in ipsius Abbatis, & Monasterii reformatione, usque ad depositionem Abbatis, & alterius depurationem; uti legitur *cap. 64. ejusdem Regulæ: In Abbatis electione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi omnis concursus Congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars, quamvis parva, Congregationis saniori consilio elegerit. Vita autem merito, & sapientia doctrina eligatur, qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in Ordine Congregationis. Quod si etiam omnis Congregatio vitiiis suis (quod quidem absit) consentientem personam, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi (ad cuius Diocesim pertinet locus ipse), vel Abbatibus, aut Christianis vicinis claruerint, probibeant pravorum prevalere consensum, & Domui Dei dignum constituant dispensatorem.*

Facultas sanè data Episcopo, se eo casu ingerendi, præsentiam exemptionem ab ejus auctoritate omnino excludit; quod bene animadvertit, qui declarationes scripsit ad Regulam Sancti Benedicti, pro eo, quod ad gubernium Monachorum Congregationis Cassinensis attinet, quod Opus confirmatum est in forma specifica a Venerabili Servo Dei Prædecessore Nostro Innocentio XI. Anno MDCLXXX. Siquidem Auctor ille, ad ea verba Regulæ ad notitiam Episcopi, quæ paulo ante a Nobis relata sunt, adnotat, quod cum hodie Congregatio Cassinensis amplissimis Privilegiis exemptionis ab auctoritate Episcopali, quæ omnibus nota sunt, fruatur, ex laudatis verbis minimè prætendi potest, eam Episcopali jurisdictioni subiectam esse: *Hodie ex Indulto Apostolico tota nostra Congregatio, & singula Monasteria exempta sunt ab Ordinariorum jurisdictione, & immediatè Apostolicæ Sedi subiecta.*

Nec majoris ponderis ad id, de quo agitur, reputanda sunt cætera omnia, quæ in Brunonis Testamento ab Imperatoribus confirmato continentur, quia universa pertinent, vel ad liberum Abbatis regimen, vel ad Regularem observantiam, vel ad necessariam Monachorum quietem; quæ minimè excludunt auctoritatem Episcopi; ut bene deducitur ex *cap. 1. lib. 1. Formularum Marculphi Monachi, quod Opus Sæculo VII. compositum, initio Sæculi XVII. a Bignonio publicatum est. Nam in eo Capite, posteaquam id omne expositum est, quod respicit electionem Abbatis, observantiam Regularem, Monachorum quietem, pacificam bonorum possessionem, quæ omnia ex relata Privilegii formula auctoritatem, & firmitatem habebant, hujusmodi verba sequuntur: *Et si aliquid ipsi Monachi de eorum Religione tepidi, aut secus egerint, secundum eorum Regulam ab eorum Abbate, si prævalet, corrigantur. Sin autem, Pontifex de ipsa Civitate exercere debet; quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur: Itidem Franciscus Florens in suis Operibus legalibus tom. 1. pag. 264. assert diversa Privilegia a Galliarum Episcopis ejusdem Regni Monasteriis in Conciliis Nationalibus, aut Provincialibus concessa; addit postea pro majori solemnitate a Regibus confirmata fuisse; subindè appositè ad rem nostram ita scribit: *Hujusmodi verò Privilegiis hac forma impetratis, & confirmatis, Reges Nostri consensum accommodabant, & concessionem largiebantur, in quibus singillatim, & per partes singuli articuli recensentur; qui tamen articuli omnes ad liberam Abbatis electionem pertinebant, quæ Congregationi permittebatur, & ad liberam rerum, & bonorum Monasterio Oblatorum administrationem, & dispositionem; Regula, quæ a Fundatoribus ipsius Monasterii constituta fuerat, in omnibus custodit;***

Omissis, quæ ad rem pertinent; tria in Testamento exponuntur.

Abbas electio Patronis alibi referuntur.

In hoc Monasterio Monachis tribuitur, cum facultate deponendi Abbatem.

Sed non excluditur jurisdictione Episcopi pro casu considerato in Regula S. Benedicti.

Qua stante, corrumpit omnimoda exemptio.

Quæ nec inducitur per ea, quæ disponuntur, quoad internum Monasterii regimen.

Facultas eligendi, & dimittendi Advocatum non officit jurisdictioni Ordinarii.

salva Episcoporum in reliquis omnibus competenti, & canonica jurisdictione in Monachos.

Et quoniam pluries in Brunonis Testamento facultas tribuitur Monachis eligendi sibi Advocatum, eumque in ordinem redigendi, si prave munere suo fungatur; tum etiam ipsi Advocato potestas fit, ut invitante Abbate, & venia a Rege impetrata, conventus juridicos habere possit in locis dominio Monasterii subiectis; haud alienum a re proposita erit, si hoc loco indicabimus, Advocatos, qui olim ad Ecclesiam pro juribus suis in Foro tuendis eligebantur, paulatim coepisse jurisdictionem asumere potestatem, pingues redditus, & ampliora honoraria sibi exposcere, quin etiam armis, ac militibus adversus invadentes bona Ecclesiae rem gerere; quae omnia quisque per se videre potest apud Thomassinum de vet. & nov. Eccles. disciplina par. 3. lib. 2. cap. 55., in glossar. DuCange ad verb. Advocatus, apud Mabillonium in praefat. 1. sect. 3. ad Act. SS. Ordinis S. Benedicti; ubi testatur, Advocatos, qui ad tuenda Monasteria constituti erant, cum eorum depopulatores plerumque facti essent, Saeculo XIV. tandem e medio sublatis fuisse. Mentionem faciunt de Advocatis etiam Can. Salvator. 1. quest. 3. & Can. ab Imperatoribus 23. quest. 3. Et quoniam illis districtè veritum erat, ne se in Disciplina Ecclesiastica immiscerent, juxta praescriptum Romani Pontificis Lucii III. Praedecessoris Nostri in cap. Praeterea 23. de jurepatr. ubi excommunicantur, si in eam manus inferre ausi fuerint: *Advocati Ecclesiarum in tantam noscuntur insolentiam prorupisse, ut Sacerdotes, & alios Ecclesiasticos Vivos pro sua voluntatis arbitrio in Ecclesiis ipsis constituant, atque destituant.* Ex his nemo certè est, qui non intelligat, nullius esse momenti ad praesentem omnimodam exemptionem a jurisdictione Episcopi probandam, jus illud, quod Monachis ex Brunonis Testamento datum fuit, ut Advocatum sibi eligerent, eumque, justis exigentibus causis, pro arbitrio deponerent.

De Constitutionibus Pontificum Romanorum.

Exemptio Monasterio concedi non poterat ab Archiepiscopo Trevir. sine consensu Episcopi Spirensis.

Sedes Apostolica non consuevit sine causa exemptiones plenarias concedere, absque Superiorum consensu.

Subsequuntur Bullae, seu Constitutiones Pontificiae, usque ad Alexandrum VI., ex quibus nihilo magis persuaderi poterat, plenam exemptionem ab auctoritate Ordinaria Episcopi concessam fuisse. Bruno Archiepiscopus Trevir. Monasterium, de quo agitur, fundavit in Loco Odenheim, hoc est in Dioecesi Spirensi; quod utique fieri nequibat sine consensu Spirensis Episcopi, juxta canonicas sanctiones in Canon. quidam Monachorum, & in Canon. de Monachis, in Canon. Cellulas 18. quest. 2., nec juxta eandem canonicas sanctiones ab ejus jurisdictione eximi poterat, non requisito ejusdem consensu: Licet enim Romanus Pontifex ex potestate absoluta, etiam sine consensu Episcopi, Monasterium plenarie ab ejus jure subtrahere possit, cum tamen, exceptis quibusdam particularibus casibus, eà absolutà potestate uti non consueverit, Episcopique idcirco consensum ante plenariae exemptionis concessionem requirere consueverit; hinc est, quod nullo in praesenti nostra hypothese apparente vestigio requisiti consensus, nulla accedente circumstantia, ob quam requiri non debuisset, fas est asserere, privilegia utique fuisse concessa Monasterio, sed illud plenariae exemptionis nullatenus indultum fuisse. In hisce terminis versatur species facti, quae agitata, & discussa est in Concilio Romano, quod habitum est coram Praedecessore Nostro Romano Pontifice Silvestro II. Anno MII. Asserebat Abbas S. Petri de Perusio, se frui omnimoda exemptione a jurisdictione Episcopi ejusdem Civitatis, vi, ac ope privilegiorum, quae sibi a Summis Pontificibus concessa fuerant. Mandavit Pontifex, ut ea ederentur, & deinde Synodus sententiam

suam proferret: *Veniant Privilegia Nostrorum Antecessorum Paparum, & his perlectis, censeant Fratres Coepiscopi, quae sit aequitatis retinendo.* Allatis, lectisque Privilegiis, Episcopus opposuit, Romanos Pontifices non consuevisse dare hujusmodi Privilegia plenariae exemptionis sine consensu Episcopi, in cujus Territorio Monasteria sita sunt; ideo opus esse, ut exhiberetur consensus Episcopi Praedecessoris sui, cujus tempore Privilegium illud, de quo quaestio erat, concessum fuerat: *Ait Episcopus: Privilegia haec non reprobo; sed sine consensu Praedecessoris mei, cujus temporibus illud prius Privilegium factum est, factum fuisse dico; si solum viderem consensum, haberem inde aeternum silentium.* Episcopi autem oppositioni universus Clerus respondit, consensum intervenisse, & a se visum, ac lectum fuisse: *Vidimus omnes Epistolam Antecessoris tui, in qua, & consensus erat, & precibus, ut hoc fieret; Episcopus omnixè postulat, cujus rei testes sumus, & secundum canonicam sanctionem verum fuisse comprobamus.* Prolata est deinde sententia secundum Abbatis petitionem, impositumque est silentium Episcopo, ejusque Successoribus. Haec omnia recensentur ab Ughellio tom. 9. Ital. Sacr. & in collectione Labbeana Concil. tom. 9. pag. 1247. In casibus autem, in quibus aliquando contigit, ut a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri plenaria exemptio sine praedicti Episcopi consensu Monasteriis concederetur, id utique factum est culpa, & vitio ipsorum Episcoporum, qui potestate sibi data ad regenda Monasteria, in eorum subversionem, & perturbationem abutebantur. *Ignoras, verba sunt san. mem. Gregorii VII. Praedecessoris Nostri ad Episcopum Taurinen. quod Sancti Patres plerumque, & Religiosa Monasteria de subjectione Episcoporum, & Episcopatus de Parochia Metropolitana Sedis, propter infestationem praesidentium diviserunt, & perpetua libertate donantes, Apostolica Sedi velut principalia Capiti suo membra abavere sanxerunt.* Nec dissimiliter respondit Alexander II. pariter Praedecessor Noster Gervasio Rhenensi, qui contraria esse ajebat Sacris Canonibus Privilegia, quae Monasterio Corbejensi concessa fuerant: *Alias esse leges Ecclesiarum, quae sunt generales, & alias esse eas, quae specialiter in Privilegiis quibusdam praerogantur Ecclesiis ad Immunitatem, ne quorumlibet importunitate patiantur inquietudines.*

Accedit in casu, de quo agitur (id quod praecipuum ac summum videtur), quod in nullo privilegiorum, quae huic Monasterio concessa fuerunt, legitur, exemptos Apostolica auctoritate fuisse Monachos a jurisdictione Episcopi, & solius Romanae Ecclesiae potestati submissos; idque unum satis esse videtur, ut bene concludatur, à Romanis Pontificibus Monasterio praedicto plenariam exemptionem a jurisdictione Episcopi minime datam, & concessam fuisse. Habentur etiam nunc formulae exemptionis plenariae, quae a Sede Apostolica Monasteriis, atque Ecclesiis, ab octavo usque saeculo concedebantur; quae conceptae sunt his verbis: *sub jurisdictione Sedis Apostolicae, & nullius alterius Ecclesiae jurisdictionibus submitatur.* Et his iisdem verbis conceptae sunt plenariae exemptiones, quas subsequentibus temporibus Religionibus Mendicantibus Romani Pontifices elargiti sunt, ut constat ex Constitut. III. & XIII. Nicolai IV. tom. 2. novi Bullarii Ordinis Fratrum Sancti Dominici, quod in lucem edidit Pater Bremondus: *Decernentes ex nunc eundem Ordinem, ac personas, Ecclesias, Oratoria, Domus, & Loca praefata, soli Romano Pontifici, & Romanae Ecclesiae tam in spiritualibus, quam temporalibus absque ullo medio subjacere &c. & Apostolicae Sedi, cui Ordo ipse nullo medio est subiectus,*

Exemptio Ordinarii jurisdictione, Apostolica Sedis immunitate submitti debuit.

Et ab omni Ordinariarum jurisdictione prorsus exemptus. Cum quibus multa alia Bulla, seu Constitutione concordant, quae extant tom. 8. ejusdem Bullarii in tract. de consensu Bullar. tit. 1. quest. 1. : Nec dissimilis est formula, quae legitur in Constitutione I. Joannis XXII. pro exemptione Ordinis Carmelitarum tom. 1. Bullarii ejusdem Religionis collecti a Patre Monsignani pag. 57. In jus, & proprietatem Beati Petri, & Apostolica Sedis assumimus, illaque a cujuscumque Diaconis, & cujuslibet alterius potestate, jurisdictione, & dominio, omnimode in perpetuum prorsus eximimus de gratia speciali. Decernentes ex nunc Ordinem vestrum &c. soli Romano Pontifici, ac dicte Sedi, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, absque ullo medio, subiacere.

Nec alia profecto ratione Ecclesiastica disciplina facta tecta servari potuisset: indultu quippe plenaria exemptione Monasterii ab Episcopi auctoritate, nec eodem submisso Sedi Apostolica, aut alteri Ecclesiastico Superiori, Monasterium illud acephalum remansisset, & obnoxium comminationibus Magni Gregorii Praedecessoris Nostri in ejus Epistola XVIII. lib. 7. in fine, ad Marianum Episcopum Ravennatem, relata in Can. Abbatibus 18. quest. 2., cujus verba talia sunt: Abbatibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primace, neque sub Patriarcha sunt, nullus Episcoporum Episcopalia quaelibet administret. Nota autem haec sunt etiam in Ecclesia Orientali; in qua viget adhuc Canon Concilii Chalcedonenfis, & Monachi Episcoporum jurisdictioni subiecti sunt; Patriarcha autem habet jus Stavropogii, quod nihil aliud est, quam jus figendi Crucem, cum novum Monasterium in Dioecesi alicujus sui Suffraganei extruitur; & jus illud ipsi uni Patriarchae competit, neque ad Metropolitanos extenditur. Consequens autem hujus juris est, ut Monasterium illud noviter fundatum, ubi Patriarchalis Crux fixa est, exemptum remaneat a jurisdictione Episcopi, in cujus territorio reperitur; sed, ne sine capite existat, Patriarcha illud suae immediatae jurisdictioni suppositum declarat; ut legere est in nostra Constit. 98. §. 19. Bullarii nostri tom. 1.

Quia vero, licet in Apostolicis Constitutionibus nec plenariae exemptionis a jure Episcopali, nec immediatae subjectionis Apostolicae Sedi, expressa mentio facta sit, nihilominus asseretur, ea omnia aequipollentibus formis, ac verbis, fuisse in ipsis Apostolicis Constitutionibus significata; idcirco necesse fuit particulare earundem examen instituire, quod satis diligenter expletum est, ut ex sequentibus deprehendi potest.

In duabus Constitutionibus Honorii una, & Gregorii altera, Praedecessorum Nostrorum, quibus Monasterii Privilegia confirmantur, illud accipitur sub B. Petri, & nostra, hoc est Romanorum Pontificum, protectione. At vero hinc argui certe nequit exemptio ab auctoritate Episcopali, ut disertè respondit Innocentius III. in Cap. Ex parte 18. de Privil. Ex parte tua fuit questum, utrum Clerici, & Laici, qui Litteras protectionis ostendunt, in quibus persona suae expresso nomine cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, a jurisdictione Episcopi Dioecesanii sint exempti. Nos autem Tibi respondemus, quod per Litteras hujusmodi ab Episcoporum suorum potestate minime subtrahuntur.

In Bulla Innocentii V. similiter Praedecessoris nostri conceditur, ut nullus Delegatus, vel subdelegatus Executor, seu etiam Conservator, auctoritate Sedis Apostolicae, vel Legatorum ipsius, in vos, aut Monasterium vestrum, excommunicationis, vel suspensionis, sive interdicti sententiam valeat, promulgare, absque speciali mandato nostro

faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Sed jam, ante Innocentium V., Clemens Papa IV., in cap. ne aliqui, de Privil. statuerat, ut hujusmodi Privilegia, exceptis his, quae Regibus, Reginis, eorumque Filiis, & aliis Regulari Ordini universo concessa sunt, non protraherentur ad sententias, & excommunicationes, ab Ordinariis prolatae: De Fratrum nostrorum consilio, ad Ordinariarum sententias, & processus edicto perpetuo prohibemus extendi; & post Innocentium V., Bonifacius VIII. in Cap. Si Papa, de Privil. in sexto, decrevit, a jurisdictione Episcoporum minime exemptos eos esse, qui Privilegium obtinuerunt, quod ab alio, quam à Papa, seu ejus Legato, excommunicari, suspendi, aut interdicti non possint.

In Litteris Lucii III., & Celestini III. mentia fit de censu, qui singulis annis solvi Sancto Petro debebat a Monasterio; qui Censum jam oblatum fuit ab Archiepiscopo Brunone in fundatione ejusdem Monasterii, & adnotatus est in antiquissimo Libro Censuum Cencii Camerarii. At neque id alicujus momenti visum est ad questionem, de qua tractabatur; cum ab Alexandro III. definitum sit, ex solutione census, exemptionem a jurisdictione Ordinaria Episcopi minime concludi posse; ut legitur in Cap. Recepimus, de Privil. Caterum diligentiam tuam volumus non latere, quod sicut non omnes, qui specialiter B. Petri juris existunt, annuatim Apostolicae Sedi Censum exsolvunt, ita non omnes censuales ab Episcoporum subiectione habentur immunes. Consentit cum Pontifice Alexandro III. Bonifacius VIII. in Cap. Si Papa, de Privil. in sexto: Si vero dicatur simpliciter, quod aliqua Ecclesia Romana Ecclesia annum censum solvat, non propter hoc exempta Ecclesia dici debet. Solvatur census aut ratione libertatis donatae, aut protectionis concessae; ut bene expendit Innocentius III. in Cap. Constitutus, de Relig. Domib. : Nos quoque cum vel libertatis privilegium, vel protectionis praesidium aliquibus Ecclesiis indulgemus gratis, accipimus censum gratis oblatum, & in Litteris Nostris ad Successorum Nostrorum memoriam censum exprimimus, & etiam quantitatem. Censum autem solutus ratione, seu titulo protectionis, nunquam praedictum aliquod juri Ordinarii intulit, ut scriptum est in laudato Cap. recepimus, de Privil., cujus verba talia sunt: Si vero ad indicium perceptae protectionis census persolvitur, non ex hoc juri Dioecesanii Episcopi aliquid videtur esse substractum. Juberet Alexander III. in cit. Cap. recepimus, ut diligenter attendatur tenor Privilegii concessi, cujus sequela quaedam est solutio Censum: Ipsorum tenor est diligentius attendendus: Bonifacius autem VIII. in cit. Cap. Si Papa, decernit, ut si Privilegium ad res aliquas limitatum sit, etiam si in eo solutio census praecipitur, id pro omnimoda exemptione probanda inservire nequeat, sed pro partiali dumtaxat, restricta, & limitata, & in Privilegio disertè expressa: Idem dicimus, loquitur de exclusionem plenariae exemptionis, si circa aliqua per Privilegium concedatur libertas, & clausula de censu annuo persolvendo sequatur &c., his enim, & consimilibus casibus, sic in certis Privilegiati articulis, Ordinariarum jurisdictioni quantum ad alia sunt subiecti.

Quum igitur Archiepiscopus Bruno in suo Testamento, post conventam pro Abbate liberam Monasterii administrationem, & a quacumque saeculari Potestate exemptionem; & post cautam pro Monachis facultatem eligendi sibi Abbatem, & designandi Advocatum, seu Defensorem; in harum rerum compensationem obtulerit annum Censum: Super haec omnia Praesul sepe dictus Apostolicum Privilegium acquisivit, & constituit, ut unus aureus, quem Bizan-

Lucius III. & Celestinus III. enunciant censum Sedi Apostolicae debitum.

Census non una de causa solvuntur.

Causae aderant solvendi censum, extra exemptionem.

Hujus disciplinae ratio, & consuetudo etiam apud Orientales.

Litterae Pontificum peculiariter examinantur.

Honorius, & Gregorius PP., solam Protectionem indulgent.

Innocentius V. vetat Monachos aut Monasterium censuris irriti.



ium dicimus, singulis annis Romæ ad Altare S. Petri ab Abbate prædicti Monasterii in Pascha persolvatur; eo pacto, ut libertatis istius, & inditionis statuta tanto perennius inconvulsa permaneant: Cumque Romanus Pontifex Cælestinus III. in suis Literis, post pollicitam Apostolicam suam protectionem pro bonis, quibus tunc fruebatur Monasterium, & quæ tractu temporis adipisci potuisset; & post concessum Monachis Privilegium, ut si quidem Diocesanus Episcopus vellet sine solutione pecuniæ Abbates benedicere, consecrare Altaria, & Basilicas, Sacrum Chrisma, & Oleum Sanctum præbere, & Monachos Sacris Ordinibus initiare, ipse adiretur, si minus ad quemcumque alium Episcopum pergere ipsis licitum foret; subinde addiderit: ad iudicium autem perceptæ a Sede Apostolica libertatis, aureum nummum annuum Nobis, nostrisque Successoribus persolveris. Ex his apertum satis, ac manifestum redditur, quod annuus Census, de quo conventum fuerat, non ad omnimodam exemptionem, sed ad partialem dumtaxat respiciebat, ac proinde ex illius solutione non rectè inferitur, omnimodam exemptionem datam aut conventam fuisse.

Idem Pontifices enunciant pertinentiam Monasterii ad jus & proprietatem Ecclesiæ Romanæ.

Neque huiusmodi argumentationi Canonici Juris principis sufficit quidquam adversari visum est, quod Prædecessor Noster Lucius Papa III. declaraverit, Monasterium prædictum spectare ad jus Romanæ Ecclesiæ, & ideo Census solvere: quanto specialius Vos, & Monasterium vestrum ad jus Romanæ Ecclesiæ pertinere annui census redditus manifestat. Et quod id ipsum declaratum sit a Cælestino Papa III. referendo se ad Constitutionem Paschalis II. Monasterium, quod ad jus & proprietatem B. Petri pertinere dignoscitur, ad exemplar fel. record. Paschalis Papa Prædecessoris Nostri, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Etenim, omnia responsione, exhibitum videlicet non fuisse Privilegium Paschalis II.; seposita etiam questione, quæ ad Chronologiam pertinebat; Nam Promotor Curie Episcopalis Spirensis opponebat, Paschalem Pontificem ante Monasterii fundationem vita functum fuisse, atque ideo exemptionem Monasterio concedere nequivisse; cui tamen respondebant Canonici, Monasterio etiam non fundato, quod tamen certum erat propediem fundatum iri, exemptionem a Paschali ante fundationem concedi potuisse: admittæque insuper propositione illâ, quod pertinere ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, secum necessario ferat omnimodam exemptionem a jurisdictione Ordinarii, ut legitur in sapiens laudato Cap. Si Papa de Privil. in sexto. S. Papa &c. asserat ipsum Ecclesiam fore exemptam, aut eam juris B. Petri existere, sive ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel etiam simpliciter pertinere, per hoc plene debet exempta huiusmodi Ecclesia judicari.

Exemptio controversa non probatur per enunciativas.

Quia tamen, procedendo ad præscriptum ejusdem Decretalis, ea proposito tunc locum habet, quando Romanus Pontifex dicit, Ecclesiam pertinere ad jus, & proprietatem B. Petri, aut Romanæ Ecclesiæ, dispositivè, ut forensi verbo utamur; Si autem Ecclesiæ, vel Monasterio, exemptionis Privilegium concedendo, vel super ipsius exemptione sententiando, cum de ipsius exemptionis negotio ageretur, asserat ipsam Ecclesiam fore exemptam; Non autem si Pontifex enunciativè, seu relativè, aut suppositivè, ut ajunt, affirmet Monasterium pertinere ad jus, & proprietatem Ecclesiæ Romanæ: Si Papa in aliquo Privilegio, vel scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu etiam libertatis, aliquam Ecclesiam ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, vel consimilia

verba narret, non propterea illius Ecclesiæ exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur: Idcirco prærens in eo sita est indago, ut videatur, an memorata Pontificum Constitutiones ad primum, vel ad secundum casum Decretalis sint referendæ.

Ad secundum autem, non ad primum visæ sunt referri debere. Nec enim aut Lucius III., aut Cælestinus III. dixerunt, Monasterium ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, Privilegium exemptionis concedendo, aut super ipsius exemptione sententiando; sed id asseruerunt in Privilegio, aut scriptura, quæ facta non est principaliter super sententia exemptionis, aut libertatis. Pontifex quippè Lucius id asseruit, cum tribuit Monachis jus præstandi Episcopo unum ex suis Religiosis, qui animarum Curam in Ecclesia a Monasterio dependente exerceret: ea tamen lege, ut præsentatus Episcopo subiectus esset in eo, quod ad animarum curam spectaret, Superiori autem Regulari in eo, quod ad Monasticam pertineret disciplinam: Quod sanè non evincit totalem exemptionem a jurisdictione Episcopi, cum sit commune etiam Monachis, qui subduntur Episcopo, & assumuntur ad curam animarum.

Cælestinus autem nedom hoc ipsum asseruit relativè ad præcedens Paschalis Privilegium, sed ulterius id asseruit, cum indulset Monachis, ut ab alio Episcopo petere possent Sanctum Oleum, Sacrumque Chrisma, eumque pro Sacris Ordinationibus adire, si Episcopo Diocesano pro sacris illis rebus pecuniam exigere attentasset, ut superius dictum est; quod omne in universum nihil continet, quod ad præsentam exemptionem attineat. Plura enim suppetunt exempla Monachorum, quibus a jurisdictione Ordinarii penitus exemptis, facta est libera potestas accipiendi a quocumque Catholico Episcopo Sacrum Chrisma, Sacrosque Ordines, non in penam simoniaci criminis Diocesani Episcopi, sed in signum, atque indicium omnimodæ libertatis, ut hac de re fidem faciunt Cap. Constitutus, de Relig. Domib., Cap. Cum nullus, de temporib. Ordinatus in sexto; & Constitut. 76. §. 9. Bullarum Nostri Tom. I. Et plurima quoque extant Regularium privilegia, quibus ita a Sacro Tridentino Concilio derogatum est, ut quamvis antea possent in sua penaria exemptionis signum a quocumque Catholico Episcopo Sacros Ordines suscipere, id tamen de cætero ipsis interdictionem fuerit, ac demandatum, ut Sacra Ordinationis munus a proprio Episcopo, in cuius Diocesi situm est Monasterium, omnino accipere deberent; nisi post eandem Synodum novum Privilegium indultum eis fuerit, in quo expressis, atque apertis verbis concedatur, posse eos a quocumque Catholico Antistite Ordines recipere, juxta præscriptum Constitutionum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, quæ a Nobis innovata & confirmata fuerunt in novissima nostra Constitutione, quæ incipit Impositi Nobis, data die xxvii. Februarii hujus vertentis anni.

Abfoluto Constitutionum Apostolicarum examine, deventum est ad examinanda Imperialia Diplomata, in quibus tamen expendendis haud opus visum est diutius immorari. Siquidem in nonnullis eorum legitur, Monasterium esse sub Romanæ Ecclesiæ Mundiburdio, & Majestate; id autem nihil aliud significat, quam protectionem, & defensionem, ut aperte colligitur ex formulis Marculphi Monachi superius laudati lib. 1. cap. 24., ubi agit de Mundeburde Regis, & Principis, & ut etiam apparet ex Dictionario verborum Longobardorum, quod positum est in fronte Bullarii Cassinensis, quod collectum est a P. Margareno, & fusiùs ex Glossar. Du-Cange, ad verbum Mundiburdium. In aliis autem

Prædictæ Constitutiones nihil ponunt.

De Constitutione III.

De Constitutione III.

Privilegium recipiendi Ordines a quocumque datur in eisdem simoniaci criminis.

De Imperialibus Diplomatis.

Ea vel confirmatoria sunt Privilegiorum Apostolicorum, vel ad exemptionem spectant.

refer-

refertur, & confirmatur Testamentum Archiepiscopi Brunonis; Aliqua respiciunt conservacionem bonorum temporalium, & provident tantummodo, ne Monachi Advocatorum angariis opprimantur; cetera demum confirmant, atque corroborant quaecumque vel a praefato Archiepiscopo disposita, vel a Romanis Pontificibus concessa fuerunt. Quamobrem opportuna maximeque consentanea rei proposita videntur verba Innocentii III. Praedecessoris Nostri in *Cap. inter Dilectos, de fid. Instrument.*, ubi in simili controversia respondit in hunc modum: *Cum ergo confirmatorium tantum extiterit, saltem quoad illa, quae deducta sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo, vel ob id dignoscitur esse secutum. Pari modo cetera Privilegia Romanorum Imperatorum, etiamsi vera fuissent, & sine suspicione, ad probationem tamen, cum nihil aliud, quam puram confirmationem continerent, invalida probarentur.*

II.  
De secularizatione Monasterii, & erectione Collegiatae.

Ut verò ad secundum statum, seu conditionem Monasterii Odenheimensis, nempe ad ejus secularizationem descendamus: Redactum est quidem Monasterium Odenheimense è statu Monachali in secularem Ecclesiam Collegiatam a Praedecessore Nostro Alexandro Papa VI., qui edidit Apostolicas suas Litteras, supplicante Maximiliano I. Imperatore, ut superius dictum est, an, MCCCXCIV., quo tempore in Spirensi Diocesi alia etiam Monasteria secularizata, & in Collegiatae seculares mutata fuerunt, ut testatur Trithemius *Tom. 2. Annalium Hirsaugensium*, ad annum Christi MCCCXCVII.: *Quid dicam de Ludovico Spirensium Episcopo, sub quo translata fuerunt ab Ordine Nostro in seculares Ecclesias Collegiatae Monasterium Odenheim, & Monasterium in Sinsheim.* In dicta secularizationis Bulla Alexandri VI. praeservantur pro nova Ecclesia Collegiata: *Liberates, ac spiritualia, & temporalia Privilegia, dudum a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri, ac Imperatoribus, Regibus, ac aliis quomodolibet concessa, ut scilicet ad rectam Ecclesiam hujusmodi perpetuo spectent:* Conceditur Praeposito privilegium utendi Mitra, & Baculo Pastoralis, aliisque particularibus insignibus, tam in Ecclesia, quam extra ipsam, & impertiendi Benedictionem ad Missam, ad Vesperas, & ad Matutinum, dummodò praesens non adsit Praelatus aliquis, aut Legatus Sedis Apostolicae: Demandatur collatio Praepositurae, & Canoniciatum, aliorumque Beneficiorum juxta Germanica Concordata; Tribuitur Praeposito, Decano, & Capitulo facultas condendi Statuta, & Ordinationes, consentaneè ad Sacros Canones, pro bono regimine Ecclesiae, & Personarum, quae ipsi Ecclesiae addictae sunt; Demum datur facultas erigendi, & fundandi nonnullas Cappellanas, & novissimo loco nominantur ejusdem Constitutionis executores.

Antiqua Privilegia confirmantur ab Alexandro VI.

Et alia conceduntur novo statui opportuna.

Privilegia honoris non inducunt exemptionem.

Si autem inter jura, privilegia, & libertates Monasterio concessas, non aderat omnimoda exemptio ab Auctoritate Ordinaria, nemo est, qui non videat, eam exemptionem in novam Ecclesiam Collegiatam transire nequivisse. Quoad cetera verò jura, & privilegia, quibus Monasterium non fruebatur, verè quidem affirmari potest, ea inservire posse ad constituendam eandem Ecclesiam in gradu Ecclesiae Collegiatae illustris, & admodum insignis, nunquam verò ad ei asserendam, vindicandamque plenam exemptionem a jurisdictione Episcopi; cum plurimi reperiantur Abbates, & Praelati, qui usum Pontificalium habent, nihilominus a jurisdictione Ordinaria minime sunt exempti. Propterea Romanus Pontifex Clemens IV. in *Decretali, Ut Apostolica, de Privileg. in sexto*; decrevit, ut Abbates, & alii exempti, quibus usus Pontificalium est a Sede Apostolica concessus, in

Provincialibus Conciliis, & Episcopalis Synodis uti possint Mitris tantummodo aurifrisiatis, non tamen aureas, vel argentaeas laminas habentibus; Praelati autem non exempti, sed qui usum Pontificalium habent, in iisdem sacris Convenciis, Mitris puris dumtaxat, & simplicibus, albis, & planis uterentur.

Quod verò attinet ad amplam facultatem condendi Statuta, & Ordinationes, etiam cum potestate coercendi contumaces, & inobedientes, non desunt graves Auctores, qui affirmant, hujusmodi facultatem Capitulis competere, etiam independenter ab Episcopo, in iis, quae respiciunt regimen propriae Ecclesiae, & observantiam Ecclesiasticae disciplinae. Quamvis a pluribus aliis contradicatur, ut videre licet in *Tom. 1. Respons. Canonic. pag. 106. bon. mem. Jacobi Lanfredini Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis*, cujus libenter meminimus, propter benevolentiam, & existimationem, qua eum, donec hanc mortalem vitam egit, semper prosequuti sumus. Itaque facultas Capitulo novae Ecclesiae Collegiatae ab Alexandro VI. attributa, nihil aliud probat, quam eundem Pontificem voluisse, ut certò, & sine controversia jus illud Canonici haberent, quod in dubium revocari poterat; nequaquam tamen, ut inferri possit praetensa exemptio ab auctoritate Ordinarii.

Quod verò postea temporis actum est, anno scilicet MDVII., id pertinet ad translationem Ecclesiae Collegiatae è loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense, qui est ultimus Monasterii Odenheimensis status ex tribus a Nobis superius indicatis. Animadvertit nempe Capitulum, quod benè ac praclare secum actum esset, si praefata Ecclesia è loco infrequenti, & insalubri, ad Oppidum, & frequenti Populo, & salubri aère praeditum transferretur. Quare rogatus est Episcopus, ut hujusmodi translationi consentire vellet; qui assensum praebuit non sine variis pactionibus; inter quas una fuit, ut Episcopo reservarentur causae criminales, si quae unquam exorirentur adversus Praepositum, Decanum, Canonicos, & Vicarios, & Cappellanos praedictae Ecclesiae Collegiatae, & in quibus esset locus poenae corporis afflictivae; ita tamen, ut contra praedictos non Procurator Fiscalis ageret, sed Commissarii, qui ab Episcopo darentur; Et consequenter ad capitulationes conventas, Episcopus progressus est ad translationem Collegiatae de loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense, utens sua auctoritate Ordinaria, & habito prius consensu Capituli suae Cathedralis; assignataque pro Collegiata praedicta in eodem Bruchsalensi Oppido Ecclesia sub invocatione Beatae Mariae Virginis; & è diverso imperata demolitione, suppressione, & profanatione veteris Monasterii, & Ecclesiae Odenheim, excepta solummodò unica Cappella, in qua voluit quotidie Sacrum fieri. Id autem omne actum est, salvis praecedentibus pactionibus, seu capitulationibus: *Salva ordinatione Nostra inter Praepositum, Decanum, & Capitulum dictae Ecclesiae.* Et quoniam in eadem translatione reservata fuerat auctoritas Sedis Apostolicae, quum hanc Episcopus, Praepositus, Decanus, & Capitulum supplices adivissent, sanem. Praedecessor Noster Julius Papa II. universa confirmavit: *Salva quadam ordinatione per dictum Episcopum super ingressu, & habitatione dicti Oppidi, inter Praepositum, Decanum, & Capitulum.*

Tota verò hujus facti serie inspecta, nullares est, quae praetensam omnimodam exemptionem ab auctoritate Ordinarii non excludat. Quin immò ad eam penitus eliminandam, id unum, quod supra innumus, observare sufficiat, nimirum reservatam fuisse Episcopo cognitionem causarum criminalium contra Canonicos,

Facultas condendi Statuta, & coercendi contumaces, non inducit exemptionem.

III.  
De translatione Collegiatae ad Oppidum Bruchsal.

Ea sit auctoritate Ordinarii, sub pactis conditionibus.

Exemptio magis, magisque excluditur.

aliosque, qui Capitulum Collegiatae Ecclesiae componebant: Quae sane res est tanti momenti, ut quum Sacrosancta Tridentina Synodus vellet in integrum revocare jurisdictionem Ordinariorum non parum labefactam, id praecipue decreverit, ut causae criminales privative pertinerent ad Episcopos, adempta earum cognitione Decano, Archidiacono, aliisque inferioribus, ut *cap. 20. sess. 24. de Reformat.* quisque per se videre potest.

IV.  
De Actibus hinc inde allegatis.

In dubio standum pro jurisdictione Ordinarii.

Resolutio Cause pro Episcopo.

Edictio Sententiae.

Clausulae & Decreta salutaria.

At praeter rationum momenta, de quibus hucusque differimus, complures insuper actus hinc inde afferbantur, tam scilicet pro parte Capituli, ad praesentiam omnimodam exemptionem adstruendam, quam pro parte Curiae Episcopalis, ad eam excludendam; mutuaeque vicissim exceptiones contra hos, & contra illos opponebantur. Verum ambages omnes, & difficultates, quae ex illis emergebant, videbantur unica consideratione dissolvi posse. Si quidem aut actus illi omnes, tum pro Capitulo, tum pro Curia Episcopali allati, pro authenticis haberi debebant, aut secus; Quodcumque assereretur, jus Curiae Episcopalis salvum, atque integrum remanebat. Si enim omnes erant authentici, porro & numero, & auctoritate, & pondere praestabant illi, qui pro Episcopo allati sunt; quibus insuper favor, & assistentia juris accedebat; Sin autem de eorum veritate aliter censendum esset, omnesque tamquam nullius auctoritatis, & momenti rejicendi forent, satis erat Curiae Episcopali, ut adversarium vinceret assistentia juris, cujus favorem pro jurisdictione Episcopi in tota sua Diocesi canonicae sanctiones stare voluerunt.

Quae haecenus a Nobis exposita sunt, fundamenta fuerunt rationum, quibus innixi Dilecti Filii Apostolici Palatii Nostri Auditores, die xv. elapsi mensis Septembris, coram Nobis, ut dictum est, congregati, rogatique quid censerent de quaestione in hunc modum proposita: *An constet de exemptione Capituli ab Ordinaria jurisdictione Episcopi in casu &c.*, unanimi consensu responderunt: *Negative, salvo ordinationibus in actu translationis.* Eorum sententiam, quam aequitati, & iustitiae consonam, & Canonicis sanctionibus consentaneam censuimus, eadem die amplexi sumus; nunc vero, ut ea, quae a Nobis, de praemissorum consilio, atque etiam omnium rationum momentis per Nos ipsos mature perpensis, consideratisque totius litis Instrumentis, & quae hinc inde fuerunt proposita, diligenter auditis, definita sunt, in futurum semper valeant, & perennem obtineant firmitatem; hac Nostra in perpetuum valitura sanctione decernendo pronunciamus, & pronunciano decernimus; *Capitulum Secularis Ecclesiae Collegiatae Oppidi Bruchsalensis exemptum non esse a jurisdictione Episcopi Spirensis: salvo tamen ordinationibus, & conventionibus, quae facta fuerunt in actu translationis à Loco Odenheim ad Oppidum Bruchsalense anno MDVII., seu alio veteri tempore;* quam sententiam per hanc Apostolica scripta edicimus, promulgamus, & Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine communitus, & roboramus.

Præsentes igitur Decretales Literas, etiam ex eo, quod Capitulum, & Canonici praedictae Collegiatae Ecclesiae, ac alii quicumque in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes (quibus omnibus, & singulis perpetuum desuper silentium imponimus, atque os occludimus) eisdem praemissis non consenserint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica, & legitima, de ullo subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus illas apertitionis oris, restitutionis in integrum,

aliudve juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari nullatenus unquam posse, sed semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, & ab his, ad quos spectat, & in futurum spectabit, firmiter & inviolabiliter observari, eisque omnino acquiesci: Sicque, & non aliter in praemissis censi, & ita per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, & potestate fungentes, ac dignitate, & honore fulgentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici praedicti Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios, ac quaecumque Congregationem, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter, quam juxta sententiam a Nobis prolatam hujusmodi, judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque Judicio, & in quacumque instantia, ubique judicari, & definiti debere; Et si secus super praemissis, aut circa ea, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obstantibus Lite super praemissis haecenus pendente, cujus litis statum, & merita, & alia quaecumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus; nec non, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, dictaeque Collegiatae Ecclesiae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, ac stilibus, usibus, & consuetudinibus, etiam inveteratis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis tam per dictum Alexandrum VI., quam per quoscumque alios Romanos Pontifices Praedecessores Nostros praedictae Collegiatae Ecclesiae, ac Ordini, cujus ipsa olim exitebat, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores itidem pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, & quatenus sententiae hujusmodi a Nobis prolatae adversari videantur, latissimè, & plenissimè, ac specialiter & expresse harum serie derogamus, ac derogatum esse volumus, caterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si originaliter forent exhibitae, vel ostensa. Quodque eadem praesentes, seu earum exempla etiam impressa, per aliquem ex Curforibus Nostris in solis Almae Urbis locis, & per aliquem Curiae Episcopalis Spirensis Ministrum, seu Officialem ad id deputari solitum, ad valvas Palatii Episcopalis, seu in aliis consuetis, aut opportunis locis, publicata, & affixa, omnes & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, & arcant, ac si unictique eorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae Sententiae, Definitionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majori Anno Incarnationis Dominicae Millesimo septingentesimo quadragesimo septimo, decimo

Derogatio.

Exemplum fides publicatio.

Sanctio.

Dat. die 16. Novembris 1747.

sexto Kalendas Decembris, Pontificatus Nostri Anno Octavo,

D. Card. Passioneus,  
J. Datarius.  
VISA DE CURIA.  
I. C. Boschi.

J. B. Eugenius.  
Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 2. Decembris 1747.

XLI.

De Officio Scriptorum Sacre Pœnitentiariæ Apostolicæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Motu Proprio &c.

QUAMVIS jam usque ab anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo quarto Idibus Aprilis Apostolicæ Literæ sub Plumbo a Nobis editæ fuerint, quarum initium est: *In Apostolica Pœnitentiariæ Officio*, quæque in Bullario Nostro impressæ sunt *Tom. I. num. XCVI.*, in eisque a Nobis providæ Leges, & Ordinationes fusè statutæ fuerint, ab omnibus Officii Pœnitentiariæ Officialibus, & Ministris, ac nominatim ab ipsius Procuratoribus, seu Secretariis, & a Scriptoribus tam ordinariis, quàm extraordinariis, observandæ; quum tamen aliquid ad hujusmodi Ministrorum Officia pertinens, addendum adhuc esse judicaverimus, ad implendam Apostolici ministerii Nostri partes aequali studio intenti, ac Motu simili &c., omnia primum, & singula in præcatis Nostri Literis, & in aliis etiam super facultatibus Majoris Pœnitentiariæ, ipsiusque Pœnitentiariæ Officii, eadem die datis, incipien. *Passor bonus*, & in præfato Bullario Nostro impressis *num. XCV.*, disposita, atque contenta, iterum approbantes, & confirmantes; ulteriora hæc mandata edicere, & constituere, ac præsentis Schemulæ vigore communire decrevimus; quam quidem Schemulam in Tabulario ipsius Pœnitentiariæ ad perpetuam rei memoriam aservari præcipimus; Mandantes dilecto Filio Nostro Joachimo Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbytero hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali hodierno ex Nostri electione, ac deputatione Majori Pœnitentiario, ejusque Successoribus pro tempore futuris, ut juxta ipsius tenorem, & continentiam sese gerentes, Nostram in hisce rebus voluntatem in posterum exactè observent, & ab aliis, ad quos pertinet, inviolabiliter, & cum effectu observari faciant.

Sanè, quum inter alia munera, & officia Nobis olim in minoribus constitutis a Prædecessoribus Nostri Romanis Pontificibus commissa ac demandata, illud etiam Doctoris in Decretis in præfato Apostolicæ Pœnitentiariæ Officio plures annos exercuerimus, ex ipso usu, & experientia satis compertum habemus, quanti momenti sit Officium Procuratoris, seu Secretarii ejusdem Pœnitentiariæ; & quàm impossibile sit aliquem in idoneum Procuratorem, seu Secretarium evadere, qui non antea in Scriptoris officio diù meruerit; quum ad habendam necessariam Procuratori hujusmodi peritiam, minimè sufficiat Canonici juris, aut etiam Theologiæ Moralis scientiam acquisivisse, sed præterea necesse omnino sit in ipsius Pœnitentiariæ Officii stilo, & praxi versatum esse; id quod nonnisi ex diuturno exercitio in Scriptoris vel ordinarii, vel extraordinarii munere fas est obtinere.

Quare, quum Nobis ex quorundam fide dignis relationibus innotescat, nonnullos esse, qui, privatis aliorum servitiis addicti, ad hujusmodi Scriptorum sive ordinariorum, sive extraordinariorum officia adspirare, vel aliàs ad ea admitti, ipsa etiam deinceps retinere contendunt; unde eveniat, aut evenire possit, ut hi, in diversis hujusmodi aliorum servitiis occupati, nequaquam valeant debitam Apostolicæ Pœnitentiariæ Procuratoribus, seu Secretariis assistentiam præbere; utque ipsi, quantumvis præstantibus forsàn animi dotibus præditi, nunquam tamen apti, atque experti Scriptores evadant; adeoque, si unquam ad Procuratorum officia promoverentur, multo minùs ad ea exercenda habiles, & idonei inveniri possent; animadverso etiam publico incommodo, & gravi animarum detrimento recurrentibus ad ipsam Pœnitentiariæ Officium obveniente, dum ejusdem Officii expeditiones, hujusmodi Scriptoribus alieno servitio addictis demandata, indebitè protrahuntur, & in tempore majoris necessitatis sæpè deficiunt.

Hinc est, quod Nos, præmissis, aliisque justis causis animum Nostrum moventibus adducti, præfato Joachimo Presbytero Cardinali, ejusque in prædicto Officio Majoris Pœnitentiarii Successoribus in perpetuum districtè mandamus, ut neminem in posterum ad hujusmodi Scriptorum sive ordinariorum, sive extraordinariorum officia eligant, vel admittant, qui assiduis alicujus personæ cujuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, etiam expressè individuandæ, servitiis actu addictus, vel alterius Officii, aut muneris exercitio continenter occupatus esse dignoscatur; volentes, ut si quis de præfatis inter hujusmodi Pœnitentiariæ Ministros reperiat alieni servitii, aut incompatibilis Officii vinculo districtus, is quidem è Ministrorum hujusmodi Catalogo minimè expungatur; Verumtamen ad superiorita ejusdem Pœnitentiariæ ministeria, durante hujusmodi vinculo, nequeat promoveri.

Porrò in præfatis Nostri Literis, quas super Apostolicæ Pœnitentiariæ Officialibus, eorumque muneribus, edidimus, antiquioribus Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus inherentes, libenter statuimus, ut tam Procuratorum, quàm Scriptorum ordinariorum Officia, prævio semper concursu, conferri debeant; de decernentes omnes hujusmodi Officiorum collationes, quæ aliter forsàn, etiam ab ipso Romano Pontifice, fieri contingeret, irritas fore, & inanes: Quod quidem non alia de causa a prædictis Prædecessoribus, & a Nobis statutum fuit, quam ut hujusmodi munera, & officia dignioribus aptioribusque personis; quantum fas est, conferantur. Quapropter omnibus, ad quos spectat, seu spectabit in futurum in concursibus hujusmodi iudicium suum interponere, iterum iterumque districtè injungimus, ut, nullà officiorum, aut commendationum ratione habitâ, juxta majorem dumtaxat personarum idoneitatem suffragiorum suorum prærogativam concedant. Ipsique demum Cardinali Majori Pœnitentiario, ejusque Successoribus mandamus, ut extraordinarios Scriptores ea expressa lege obstringant, ut Procuratoribus, seu Secretariis frequenter adesse non prætermittant, quò valeant in Pœnitentiariæ praxi, & stilo, quàm peritissimi evadere; scientes se neque ad concursus in futuris Scriptorum ordinariorum, aut Procuratorum, seu Secretariorum vacationibus ullo pacto admittendos; nec ullo subsidio ordinario, aut extraordinario donandos fore; nisi qualibet vice super injuncta sibi assiduitate opportunas probationes, & legitima testimonia ipsi pro tempore existenti Majori Pœnitentiario exhibeant; sequè etiam

ab ipsis Officiis esse dimitteudos, si, postquam de frequentandis, ut supra dictum est, Procuratorum Officiis semel, & iterum admoniti fuerint, adhuc hujusmodi praeceptum Nostri implere contempserint. Ac denique, postquam etiam ad Ordinarii Scriptoris munus percursum, ut praemittitur, adlecti fuerint, haud eximendos se fore ab onere eisdem Procuratores non raro adeundi, pro acquisita pericia tum conservanda, tum promovenda.

Volumus autem tam memoratas Nostras Litteras, quam praesentem Motus nostri Schedulingam, cum omnibus, & singulis in eis contentis, semper & perpetuo firmas, & efficaces existere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari, soluta cui libet, etiam Majoribus Poenitentiariis pro tempore existentibus, aliter statuendi, & interpretandi, seu dispensandi facultate; Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis Nostri Litteris non obtare decrevimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat Motu proprio P.

ET, quod praemissa mandata, praecipua, atque decreta, cum clausula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, & cum opportunis derogationibus tam generalibus, quam specialibus, etiam Regulae de jure quaesito non tollendo, latissime exprimi, & extendi possint in Litteris etiam per viam de Curia, si, & quando cumque videbitur, expediendis; & quod sola praesentis Schedulingae Nostri Motus proprii signatura sufficiat, illique ac illius quoque exemplis, seu transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae Sigillo munitis, tanta ubique fides adhibeatur in iudicio & extra, quanta, si sub plumbo Nostro expedirentur, & originaliter exhiberentur, adhibenda esset, & adhiberi deberet, Regulae quacumque contrariae non obstante.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorum, Idibus Decembris, Anno Octavo.

Fiat P.

XLII.

Unio Congregationis Clericorum Saecularium Doctrinae, cum diversis ordinationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Summus Pontifex de Doctrinae Christianae traditione admodum sollicitus.

APostolici muneris Nobis, licet immerentibus, cum Beati Petri Cathedra, Dei voluntate commissi, praecipuas partes esse, ad conservandam, augendamque in Fidelium animis Christianae Doctrinae scientiam, omnis studio, atque opera incumbere, non solum ipsi semper agnovimus, sed etiam, ut omnes intelligerent haec Nobis curam, & cogitationem animo potissimum insidere, pluribus editis Nostre hac de re sollicitudinis argumentis, effecimus. Extant Apostolicae adhortationes Nostre ad Venerabiles Fratres omnium Ecclesiarum Episcopos non semel directae, ut eorum zelum excitaremus ad Christianae Doctrinae pabulum Fidelibus populis majori, quam fieri posset, ubertate exhibendum. Nec omisimus aptiorem ipsis methodum indicare, quam possent singuli in subiectis sibi plebibus in Fide, & Disciplina Domini erudiendis amplius utiisque proficere; ut videre est in Litteris die VII. Februarii anno MDCCXLII. Pontificatus Nostri II. datis, & in Bullario Nostro impressis Tom. XVI. pag. 64. & seqq. Constituit. XLII.

Quod sane gravissimum, ac necessarium Christianae Doctrinae opus, ut in hac Urbe Nostre prosperè, feliciterque procederet, duobus ab hinc annis ad augendum statum pia Sodalitatis, quam Archiconfraternitatem vocant Doctrinae Christianae, animum libenter adiecimus; concessaque ipsi Ecclesiam Beatae Mariae Virginis de Planctu nuncupata, ipsiusque rebus, ac jurebus amplificatis, majorem ei tribuimus facultatem, pia instituti sui exercitia ad spirituales Populi Romani utilitatem explendi, ut pater ex Apostolicis Nostri Litteris incipien. *Salutaris Doctrinae fontes*, VII. Idus Martii Anno Incarnationis Dominicae MDCCXLV. datis.

Quum autem hujus Laicalis Confraternitatis originem, institutionem aequalem olim, atque eandem ferè fuisse acceperimus cum primitiva fundatione Congregationis Clericorum Saecularium Doctrinae Christianae in hac ipsa Urbe sub san. mem. Praedecessore Nostro Pio Papa V. erectae, deindeque a fel. record. Praedecessore patris Nostri Gregorio Papa XIII. in Domo, & Ecclesia Sanctae Agathae in Transiberinà regione constitutae; quae postea a praedicta Laicorum Confraternitate seorsim consistens, in aliis Pontificiae Ditionis Nostre Civitatibus propagata fuit; ex communi tam Congregationis, quam Confraternitatis hujusmodi origine, & scopo, justam occasionem desumpsimus, ut ad praedictam quoque Clericorum Congregationem Providentiae Nostre oculos intenderemus; ejusque statui, ac regimini, si, & quatenus opportunum visum esset, Apostolicae auctoritatis Nostre interpositione consuleremus.

Verum dum universum hujusmodi Congregationis statum, prout in praesenti se habet, accuratius introspicere coepimus, non modò eam ad deplorandam decremendi conditionem redactam esse cognovimus, quum in tota hujusmodi Congregatione non amplius, quam triginta & octo Presbyteri & Clerici, cum septendecim Laicis Fratribus, numerentur, ex quo sane numero impossibile est idoneos, ac fructuosos Operarios statuere, ac deputare in octo ipsius Congregationis Domibus, seu Collegiis, quae, praeter supradictam Domum Sanctae Agathae de Urbe, in convicinis Civitatibus Velitana, Praenestina, Reatina, Privernate, Urbeveta, Signina, & in Terris Arcis Maxima, & Aricia consistunt; Verum etiam nullam spem de ipsa ad ampliorem splendoris gradum revocanda prudenter concipi posse judicavimus; quum in tota hujusmodi Congregatione neque Domus Probationis, seu Novitatus, neque studiorum Collegium ullum reperitur, sine quibus tantum abest, ut Religiosorum Ordinum incrementa sperari queant, ut vix eorum conservatio subsistere posse videatur.

Quare abjecta cogitatione omni de hujus Congregationis ad hujusmodi statum redactae reformatione, ad aliud consilium Nos convertimus, ut scilicet ipsam subjective uniremus Provinciae Romanae alterius Congregationis Clericorum pariter Saecularium Doctrinae Christianae in Civitate Nostre Avenionensi in Gallia erectae, quae in pluribus per Italiam Domibus, seu Collegiis, tam in Statu Nostro Ecclesiastico, quam in Neapolitano Regno, & in Subalpinis Regionibus, ampliorem Presbyterorum, & Clericorum numerum alit, qui simillimum profitentes Institutum, erudiendis pueris, catechizandis rudibus, Sacris Missionibus, aliisque laudabilibus Christianae charitatis operibus, incessanti studio adlaborare dignoscuntur; ut scilicet utriusque Congregationis Professores in unum Corpus, & in unam Provinciam coalescentes, sub unius Vicarii Generalis regimine, & sub iisdem Regulis, & Constitutionibus pro Congregatione in praefata Avenionensi Civitate

institui-

Cogitatio statu Congregationis Clericorum Saecularium Doctrinae Christianae Urbis auct. cat.

Eam finit ad de riorum conditionem redactam, quae spe mris incrementi.

Ideo hanc ipsam subjective unire Provinciae Romanae Congregationis Avenionensis.

instituta ab Apostolica Sede approbata, deinceps vivant, & mutua ex hujusmodi unione virtutum, ac virium incrementa suscipiant, uberiores in Vineam Domini fructum deinceps valeant producere.

Itaque predictis, aliisque iustis, & rationalibus causis Nobis notis adductis, Dilectos Filios Vicarium Generalem, & Clericos Sæculares prædictæ Provinciæ Romanæ Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionen., eorumque, & aliorum, quorum respectivè favorem præsentibus Nostre Literæ concernunt, singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; præsentemque statum, & essentiam dictæ Congregationis Clericorum Sæcularium Sanctæ Agathæ, Literisque Apostolicas recolens. mem. Prædecessorum Nostrorum Gregorii XIII., quarum initium est, *Ad Sacram Beati Petri Sedem*, datæ die xi. mensis Augusti Anni Domini MDLXXV., quibus eidem Congregationi Sanctæ Agathæ Ecclesiæ, & Domus in Regione Transtiberina concessæ, illiusque statuta approbata, & confirmata fuerunt; cum facultate alia de novo condendi; Pauli V. in forma Brevis editæ die xx. mensis Maji Anni MDCLVI., super approbatione Constitutionum, quæ a bonæ memoriæ Alexandro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale Medices nuncupato ipsius Congregationis dum viveret protectore per Decretum editum die xix. Novembris Anni MDCIII. jam confirmatæ fuerant; Item Gregorii XV. die xii. Novembris Anni MDCXXI., ac Clementis XI. die xxviii. Septembris Anni MDCCXVI. in simili forma Brevis respectivè expeditas, per quas sibi, & Romano pro tempore Pontifici reservantur potestatem absolvendi Professores dictæ Congregationis Sanctæ Agathæ a Voto Perseverantiæ in hujusmodi Congregatione; singularumque Literarum prædictarum, ac quorumcumque aliorum Indultorum, Privilegorum, Gratiarum, & Concessionum Apostolicarum per prædictos, & quosvis alios Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem Apostolicam eidem Congregationi Sanctæ Agathæ forsitan concessorum, totos & integros tenores, & quævis alia, quæ ad infracriptorum effectum speciale, specificam, expressam, & individuum mentionem, & expressionem requirerent, ipsis præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, ac de Apostolica potestatis plenitudine; prævia dismembratione, & separatione a dicta Congregatione Clericorum Sæcularium Sanctæ Agathæ, tam Ecclesiæ & Domus Sancti Pauli in Civitate Reatina existentium, cum omnibus, & singulis bonis, rebus, proprietatibus, & redditibus ad Ecclesiam & Domum eandem quomodolibet spectantibus, & pertinentibus; quàm etiam centum Locorum Montium Cameralium non Vacabilium, quarum, & quorum dispositionem inferius constituemus; Universam Congregationem ipsorum Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ Sanctæ Agathæ, cum omnibus, & singulis aliis ejusdem Congregationis Ecclesiis, Cappellis, Collegiis, Domibus, Possessionibus, proprietatibus, fructibus, redditibus, & bonis, tam mobilibus, quàm immobilibus, juribus, & actionibus universis, quæcumque sint, quotcumque, qualiacumque, & ubicumque sint, omnique sacræ, & profanæ suppellectili, Provinciæ Romanæ alterius Congregationis itidem Clericorum Sæcularium Doctrinæ

Christianæ Avenionen., Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo subjicimus, ac subjektivè unimus, & incorporamus; itaut ex nunc utriusque Clerici Sæculares prædicti unum corpus, unamque Provinciæ Romanam ipsius Congregationis Avenionen. constituent, & posthac uni eidemque Vicario Generali, Provinciali, & Definitorio subsint, ac Regulas, & Constitutiones Congregationis Avenionen., & Provinciæ hujusmodi a Sede Apostolica approbatas exactè observent, iisdemque privilegiis, exemptionibus, & gratiis ab eadem Apostolica Sede prædictæ Congregationi Avenionensi, ac Provinciæ Romanæ, & Clericis ipsam constituentibus concessis, in omnibus, & per omnia gaudeant, & fruuntur. Per unionem autem, & incorporationem hujusmodi, volumus, & expressè declaramus, quod omnia, & quæcumque onera, obligationes, & Legata, quibus Ecclesiæ, Collegia, Domus, & bona per præsentibus unita, quomodolibet obnoxia reperiuntur, ad eandem Provinciæ Romanam Congregationis Avenionen. omnino transeant; decernentes, & eadem auctoritate statuentes, Provinciæ prædictæ ad illorum omnium, & singulorum plenam, integram, & omnimodam supportationem, satisfactionem, & implementum deinceps fore efficaciter obligatam.

Quia verò, propter unionem, & incorporationem prædictas, Clerici Sæculares Doctrinæ Christianæ Congregationis Sanctæ Agathæ, qui nunc sunt, Vota simplicia, & juramentum, quæ Clerici Sæculares Congregationis Avenionen. Provinciæ Romanæ profiterentur, explicitè emittere ac profiteri; eisdemque Constitutiones, & Regulas in præfata Congregatione, & Provinciæ laudabiliter vigentes, præsertim vitæ communis, in posterum æque, & pariformiter cum ipsis Congregationis Avenionensis Professoribus observare debent; Nos, licet Constitutiones, & Regula prædictæ ferè conformes esse dignoscantur cum illis, quas primòdicti Clerici in Congregatione Sanctæ Agathæ observare tenebantur, eos nihilominus providæ indulgentiæ Nostre favoribus prosequi volentes, motu, & potestatis plenitudine paribus, ipsos Clericos Sæculares, qui in prædicta Congregatione Sanctæ Agathæ juramentum perseverandi in ipsa Congregatione, ad formam ipsius Constitutionum, emisissent, & ad assumendum novum statum in prædicta Congregatione Avenionen. Provinciæ Romanæ minime se vocari sentiunt, a voto perseverantiæ hujusmodi, tenore præsentium, eatenus eximimus, & absolvimus, quatenus infra terminum, quem eis præfigimus, trium dumtaxat mensium a die datæ ipsarum præsentium computandorum, absolutionis hujusmodi beneficio utentes, a Congregatione prædicta cum effectu discedant, sub Ordinariorum Locorum obedientia respectivè permansuri: statuentes, ut ii, qui, ut prædictum est, discesserint, nihil ab hujusmodi Congregatione, & Provinciæ, ex quacumque causa, vel quovis titulo, etiam Patrimonii, petere, vel prætere, ullo unquam tempore possint, aut valeant.

In eos autem, qui sese unioni prædictæ promptè devotione subjicientes, perseverantem exhibere Deo constituunt in ipsa Congregatione formatum, ampliores benignitatis Nostre significationes edituri, statuimus pariter, & mandamus, ut Dilectus Filius modernus Præpositus Generalis dictæ Congregationis Sanctæ Agathæ primò dignioremque gradum honorificum in ordine præcedentiè immediatè post Vicarium Generalem dictæ Provinciæ, usque ad proximum futurum Capitulum Provinciale, & in ipso Capitulo Provinciali locum, vocemque, & suffragium habeat, & obtineat; Rectores verò actuales Collegiorum, & Domorum, quæ

Absolutio a censuris &c.

Indicatio Literarum Apostolicarum Congregationi S. Agathæ concessarum.

Dismembratio Ecclesiæ, & Domus S. Pauli Reatinæ, & centum locorum Montium a Congregatione S. Agathæ.

Pontifex subjicit ipsam Congregationem Provinciæ Romanæ Congregationis Avenionen.

Et in hanc transfert omnia onera, & obligationes &c.

Absolvit Clericos S. Agathæ a juramento perseverantiæ.

Si intra Trimestre utantur beneficio absolutionis, & nil præterendant a dicta Provincia.

Perseverantibus benignè consultit.

Congregationem Sanctæ Agathæ a Nobis per præsentem unitam, & incorporatam constituebant, dummodo statim ac requisiti fuerint, non expectato trium prædictorum mensium spatio, præfata Vota simplicia, & juramentum emiserint, in Reformationis hujusmodi officio, & munere remanere, eoque, ut antea, fungi debeant in Collegiis, & Domibus, in quibus de præfenti deputati reperiuntur, aut in aliis, arbitrio Superioris Provincialis, & Definitorii, usque ad prædictum proximum futurum Capitulum Provinciale; in quo tamen ex eisdem Reformationibus tres dumtaxat, iique Professione antiquiores interesse, vocemque activam, & passivam habere valeant: Cæteri vero ejusdem Congregationis unitæ, & incorporatæ Professores tam Clerici, quam Laici, indiscriminatim cum aliis prædictæ Provinciæ Romanæ Congregationis Avenionensis Clericis, & Laicis, præcedenti loco, & jure, juxta prioritatem, sive antianitatem emissa Professionis, potiantur, & gaudeant; & ad assequenda quæcumque munia, & officia Congregationis, & Provinciæ, cui per præsentem subjecti, & incorporati remanent, habiles, & capaces æquè ac pariformiter omnino sint, & esse debeant, perinde ac si in ipsa Congregatione Avenionensi, Provinciæ Romanæ singuli Regularem Professionem emisissent.

Ecclesiam, & Domum S. Pauli Reatinæ. Piis Puellarum Magistris assignat.

De Ecclesia verò, & Domo Sancti Pauli Reatinæ, earumque bonis, & rebus, ac de centum Locis Montium a dicta Congregatione unita difmembratis, quas, & quæ ordinationi Nostræ superius reservavimus, in aliorum piorum operum utilitatem, & incrementum disponere volentes; atque in primis ad iteratas preces ex parte Venerabilis Fratris Antonii Seraphini Episcopi Reatini, & Dilectorum quoque Filiorum publicorum Representantium ejusdem Civitatis, pro laudabili Instituto Piarum Magistrarum inibi existentium, Nobis humiliter porrectas, favorabiliter intendentes; Nos prædictam Ecclesiam Sancti Pauli cum Domo, & Horto ibi annexis, eisdem Piis Puellarum Magistris in dicta Civitate Reatina nunc & pro tempore existentibus, quò magis laudabilibus professionis suæ exercitiis, ab ipsius Doctrinæ Christianæ Instituto haud prorsus alienis, in recta, atque Christiana Puellarum institutione, & educatione, commodè, atque utiliter vacare possint, in perpetuum donamus, concedimus, & assignamus: Facultatem insuper tribuentes eidem Antonio Seraphino Episcopo, ut ipse, pro suo prudenti arbitrio, ex bonis mobilibus, sacrisque suppellectilibus in Ecclesia, & Domo prædictis existentibus, congruam portionem Piis Puellarum Magistris præfatis, prout eisdem opus esse noverit; reliquam verò quantitatem aliis Piis Locis, juxta illorum indigentiam, auctoritate Nostra dividat, & assignet.

Ac nonnulla ipsius Ecclesiæ & Domus bona applicat Parochiali Ecclesiæ S. Rufi.

Quia verò, sicut accepimus, præfati Clerici Sæculares Doctrinæ Christianæ Congregationis Sanctæ Agathæ, præter Ecclesiam, & Domum prædictas, alia quædam bona stabilia in dicta Civitate Reatina, sive illius Territorio, possidebant, annui redditus quinquaginta circiter ducatorum auri de Camera, cum onere annuæ perpetuæ celebrationis plurium Missarum, nec non Sanctissimi Sacramenti omnibus Sabbathi diebus, atque insuper semel in anno pro Oratione quadraginta Horarum, publicæ Fidelium adorationi solemniter exponendi: Nos humilibus instantiis publicorum Representantium prædictorum etiam in hac parte benignè annuentes, omniumque & singulorum bonorum hujusmodi qualitates, quantitates, situationes, confinia, & vocabula, verioreque annuum redditum eisdem præsentibus pro expressis, & individuatis habentes; illa omnia, & singula Parochiali Ecclesiæ Sancti Rufi Reatinæ Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, ead-

dem Apostolica auctoritate itidem perpetuò applicamus, appropriamus, & incorporamus; ita quod liceat eisdem Clericis Regularibus Ministrantibus Infirmis apud dictam Parochialem Ecclesiam degentibus, seu eorum Congregationi prædictæ, per se, vel alium, seu alios, veram, realem, corporalem, & ægualem bonorum stabilitium possessionem propria auctoritate liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus percipere, exigere, levare, ac in suos dictæque Parochialis Ecclesiæ usus, manutentionem, sustentationem, & utilitatem convertere, Diocessani Loci, vel cujusvis alterius licentiâ desuper minimè requisitâ. Volumus autem, ut ipsi Clerici Regulares Ministrantes Infirmis apud dictam Parochialem Ecclesiam pro tempore degentes, omnia, & singula prædicta, & alia si quæ sint, onera præfatis bonis annexa, quorum omnium implementum ad ipsam Parochialem Ecclesiam transferimus, plenè, integrè, & omnimodè, juxta Benefactorum, & Testatorum ultimas voluntates, aliasque pias dispositiones, supportare, & adimplere omnino teneantur.

Ad hæc dispositionem, quam Nobis itidem superius reservavimus, de centum Locis Montium, ut supra difmembratis, prosequentes, præcipimus, & mandamus Dilectis similiter Filiis Vicario Generali, aliisque Superioribus Provinciæ Romanæ sæpeditæ Congregationis Avenionensis, quatenus infra duos menses a die data ipsarum præsentium computandos eadem Loca centum Montium Cameralium non vacabilem, unacum fructibus a Kalendis Januarii proximè venturi deinceps decurrendis, liberè & sine ullo vinculo resignent, omnique juri, si quod sibi, vigore præsentis unionis, in ipsis, vel ad ea acquisitum fuisse forsitan prætendi posset, omnimodè renuncient, pro rata nimirum Locorum octoginta ad favorem Collegii SS. Blasii, & Caroli de Urbe, a Cavenari nuncupati, Clericorum Regularium S. Pauli, pro reliqua verò rata viginti Locorum hujusmodi ad favorem Ecclesiæ S. Jacobi a Scoffa Cavalli nuncupate. Quocirca Dilecto quoque Filio Administratori Generali Locorum Montium simili modo mandamus, ut præsentium Litterarum vigore, non requisito alicujus Judicis mandato, octoginta Loca prædicta cum fructibus a prædictis Kalendis Januarii decurrendis, & quidem libera ab omnibus, & quibuscumque etiam piorum Legatorum obligationibus, & oneribus, quæ a præfata Congregationis Avenionensis Provinciæ in posterum supportanda, & implenda fore jam supra decrevimus, in faciem & creditum dicti Collegii transferat, & convertat; reliqua verò viginti Loca hujusmodi a quibuslibet oneribus, & obligationibus similiter libera, convertat & transferat in faciem Ecclesiæ prædictæ S. Jacobi in Civitate Leonina existentis, & Basilicæ Principis Apostolorum Filialis, cum reservatione tamen omnium fructuum eorundem viginti Locorum Dilecto Filio Primicerio Archiconfraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia instituta ex numero Canonicorum præfata Basilicæ electo, ejusque Successoribus in perpetuum ex eodem cœtu eligendorum, ad effectum videlicet, ut ipse pro tempore existens Primicerius eisdem fructus a dictis Kalendis deinceps decurrendos Vicario dictæ Parochialis Ecclesiæ S. Jacobi, pro exercitio Curæ Animarum illius Parochianorum pro ipsius Basilicæ Capitulo, & Canonicis ad nominationem dictæ Archiconfraternitatis amovibiliter ad nutum nunc & pro tempore deputato, absque alicujus cura, integrè persolvat, vel persolvi faciat. Ideoque idem Generalis Administrator consuetas Literas Patentes, juxta ordinationem nostram hujusmodi, faciat expediri. Nos enim Collegii, & Vicarii

De centum Locis Montium difmembratis.

Videbitur octoginta signat Collegio SS. Blasii, & Caroli de Urbe, a Cavenari. Reliqua vero viginti Ecclesiæ Sancti Jacobi a Scoffa Cavalli.

prædictorum indigentia fide dignis relationibus intellectâ, volentes utriusque de opportuna subventionis auxilio providere, eidem Collegio prædicta Loca octoginta cum eorum fructibus, dicto verò pro tempore existenti Vicario fructus reliquorum viginti Locorum Montium in faciem præfata Ecclesiæ transferendorum, ut prædictis, percipiendos, per easdem præsentés in perpetuum respectivè concedimus, assignamus, tribuimus, & appropriamus.

Postremò, quatenus opus sit, dictam Provinciam Romanam Congregationis Avenionen., Clericosque Regulares Ministrantes Infirmis præfatos, nec non Collegium prædictorum Clericorum Regularium S. Pauli, ac Vicarium huiusmodi, & demum quoscumque alios, quorum favorem præmissa concernunt, a quacumque solutione annatarum, & quindenniorum, ad quas, & quæ ratione unionis, applicationum, appropriationum, & incorporationum prædictarum, aliorumque præmissorum, respectivè teneri, & obligatos esse dici posset, ac a quacumque obligatione desuper Camera Nostræ Apostolicæ, & illius Officialibus faciendâ, penitus eximimus, & totaliter liberamus; atque ad annatas, & quindennia huiusmodi solvenda, & se desuper obligandum, nullatenus teneri, neque ad id per Camera, seu illius Officiales prædictos, aut alios quoscumque, ullo unquam tempore cogi vel compelli, & ob non solutionem, vel obligationem huiusmodi, a quocumque quovis prætextu, colore, vel ingenio molestari, aut inquietari ullatenus posse, aut debere, volumus pariter, atque decernimus.

Præsentés quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel ex quacumque causa, etiam quantumvis juridica, & legitima, etiam ex eo, quod Clerici Saculares Doctrinæ Christianæ Congregationis S. Agathæ, & quicumque alii in præmissis jus, vel interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, subjectioni, unioni, & incorporationi huiusmodi, aliisque præmissis non consenserint, nec ad id vocari, citari, & audiri, neque causâ, propter quas eadem præsentés emanaverint, adductâ, aut sufficienter verificatâ, & justificatâ fuerint, aut ex quocumque alio prætextu, colore, & capite, etiam in corpore juris clauso, ac etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, formali, substantiali, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, ad viam & terminos juris, vel Privilegorum, & Indultorum Congregationi a Nobis superius unitæ, & incorporate, illiusque Superioribus, & Personis quibuscumque quomodolibet forsan concessorum reduci, aut in jus, vel controversiam vocari, seu adversus easdem præsentés apositionis oris, & restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu intentari posse; sed eas semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet spectat & pertinet, ac spectabit & pertinebit in futurum, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari: sicque, & non aliter, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vice-Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, aliosque quoslibet quavis auctoritate, aut potestate fungentes, aut functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari &

definiri debere, & si secus super præmissis, aut illorum aliquo, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane motu pari decernimus.

Quocirca Dilecto Filio Nostro Joanni Antonio Tituli SS. Silvestri & Martini in Montibus S. R. E. Presbytero Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro, & pro tempore existenti Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicario in Spiritualibus Generali, per easdem præsentés committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios, easdem præsentés, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictæ Congregationis Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ Avenionen. Provincia Romanæ, illiusque Superiorum Provincialium, fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in præmissis efficaci defensionis præsidio assistens, faciat Auctoritate Nostra subjectionem, & unionem, & incorporationem huiusmodi, aliaque præmissa, plenarium, & integrum effectum omnino sortiri, eaque ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, ipsamque Congregationis Avenionen. Provinciam prædictam eorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere; non permittens eam desuper a quoquam quomodolibet impediri, molestari, inquietari, vel perturbari; contradictores quoslibet, ac præmissis non parentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Non obstantibus Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis de unionibus commitrendis ad Partes, & de exprimendo in eis vero annuo valore, nec non de non tollendo jure quæsito, ac postremi Lateranensis Concilii uniones, & applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permittis fieri prohibentis, nec non singulis superius memoratis Litteris Prædecessorum Nostrorum Gregorii XIII., Pauli V., Gregorii XV., & Clementis XI., aliisque ejusdem Pauli V. Litteris in eadem forma Brevis datis die vi. Octobris anni MDCVII.; item Pauli II., Pauli IV., Pii V., & Sixti etiam V., aliorumque Romanorum Pontificum, annatas, & quindennia Camera, & Cancellariæ nostris in unionibus, & applicationibus solvi præcipientium, nec non Pii IV. de gratis interesse ejusdem Camera quomodolibet concernentibus in ipsa Camera infra certum tunc expressum tempus insinuandis, & registrandis, ac Bonifacii VIII. de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodò non ultra tres aliquis auctoritate præsentium ad Judicium trahatur, aliisque quibusvis etiam in Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Congregationis S. Agathæ per præsentés unitæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis quibusvis Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, & innovatis, nec non quibuscumque priorum Oblatorum, aut Testatorum voluntatibus, & dispositionibus; quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas, formas, & occasiones præsentibus

Commissio  
Card. Urbis  
Vicario tam-  
quam Judici  
Executori.

Derogatio  
contrariis.

Eximit a  
solutione  
Quindenniorum eos,  
quorum fa-  
vorem præ-  
missa concer-  
nunt.

Clausula  
pro præmis-  
sorum firmi-  
tate.



pro plenè & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis, expressis, & specificatis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris; ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissimè, & latissimè, Motu, & potestatis plenitudine paribus, harum ferie derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem.

Fides præstanda transumptis.

Volumus autem, quod ipsarum præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in judicio, & extra, ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Absolutionis, Dismembrationis, Unionis, Incorporationis, Applicationis, Appropriationis, Concessionis, Assignationis, Statuti, Mandati, Decreti, Derogationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. Pontif. anno VIII. die 15. Decembris 1747.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadagesimo septimo, decimo octavo Kalend. Januarii, Pontificatus Nostri Anno VIII.

D. Card. Passioneus, J. Darius.

VISA DE CURIA J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 16. Decembris 1747.

XLIII.

Beatificatio Ven. Servi Dei HIERONIMI ÆMILIANI Fundatoris Congregationis Soma-schæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Castris Militantis Ecclesiæ Illi tantum contra infensissimos hostes, elato Crucis Vexillo, triumphum agunt, & laurea donantur æterna, qui ad coercendos lapsæ naturæ impetus, arduum Christianæ perfectionis iter, Christi sanguine undequaque conspersum, alacriter arripientes, violentiam, ne concidant, sibi jugiter inferunt, atque inexpiabili, & pertinaci bello vitiis indicto, in obtinendis virtutibus fortissime decertant. Cum autem eorum cordibus penitus hæreant Apostoli monita, Christi oraculis comprobata, finem præcepti esse charitatem, adeo ut absque illa, corpore vel flammis tradito, haberentur dubio procul tanquam æs sonans, aut cymbalum tinniens, hoc maximum in leg. mandatum, Spiritu Sancto Duce, quantum facere, enitique possunt, exequi, & exhaurire contendunt. In gravissimo utriusque disciplinæ Instituto plurimum laboravit, & mirificè excelluit Venerabilis Dei Servus HIERONIMUS ÆMILIANUS, qui lubricam juventutis viam ingressus, animum prava licentia infecit, moresque liberiores Familiæ nobilitate auctos, confirmavit militia, cui nomen dederat, ut

B. Hieronymi vita & virtutes summam referuntur.

Veneræ Reipublicæ durissimo Cameracensis fæderis bello implicitæ, tamquam Matri in extrema fortuna laboranti, opem ferret, utque Civis Togatus ex gente Patricia ob rem bene gestam amplissimis honoribus cumularetur. Verùm Arce Caltri Novi in Marchia Tarvisina ab hostibus per vim expugnata, HIERONIMUS, qui ei tunc præerat, ferreis manicis, & compedi-bus devinctus, in fœdissimum carcerem con-jectus est. Eo loci, cum extrema quæque sibi impendere animadverteret, acriores de æterna animæ jactura, quam de intercepta libertate, injecto mortis terrore, stimulus sensit, atque ex peccatorum conscientia eos hostes potissimum pertimescere cepit, qui se majori supplicio dignum, vinculis æternis constrictum præcipitem in inferos agere possent. Attamen Beatissimæ Virginis ope, cui se plurimum commendaverat, incolumis factus, cœlesti ejus patrocinio, quam tunc repente assecutus est, sempiterna beneficii memoria, restitit libertatem. Deinde Venetias repetens, deposita Toga, abdicatisque Dignitatibus, nuntium sæculo remisit, christiana pœnitentiæ operibus, officiosis pietatis usquequaque additus. Hinc miris, & suavissimis modis intus agente Divina Gratia, illico intellexit, dilectionem Proximi, quæ legis plenitudo est, non ignavo, & inertis amore compleri, sed in maximis rebus gerendis, & substinendis totam versari. Quamobrem pueros, qui ingenti numero, Parentibus ferro, fame, lueque sublatis, per compita, & fora misere vagabantur, Divino afflante numine, recto sua pecunia locato, idoneisque Magistris conductis, incolumes recepit, servavitque. Neque huic tam eximie sollicitudini finem fecit, sed cæteris exemplar factus, id primus aggressus est, ut mulieres malæ famæ a turpi quæstu ad pœnitentiæ conversæ, intra septa Domus Fidelium elemosynis comparatæ, ad eluendas profligatissimæ vitæ maculas continerentur. Præterea Venerabilis Dei Servus, ne tot annorum labor pro animarum salute susceptus, humanarum rerum vitio, quæ fluxæ semper, & caducæ esse solent, obsolesceret, & interiret, novæ, Religiosæque Familiæ, in exiguò Bergomensis Agri Oppido Soma-schæ, unde nomen sortita est, fundamenta jecit, ut quæ in publicam utilitatem ab ipso fuerant instituta, firmis deinde radicibus defixa, & quod caput est, hujus Apostolicæ Sanctæ Sedis beneficio confirmata, constanter perseverarent, & usquequaque, quod, Domino incrementum largiente, evenit, propagarentur. Demum cum annos quinquaginta sex inter vivos egisset, duobus ab hinc & amplius sæculis, præclarissimam vitam, diuturnis semper, magnisque laboribus distentam, cum pretiosa morte in conspectu Domini commutavit. Tot itaque tantisque Viri meritis, longè, latèque fama pervulgatis, Processus tum Ordinaria, tum Apostolica auctoritate pluribus in locis de Virtutibus, & Miraculis, ut instruerentur, curatum est. Quæ quidem Virtutes, & Miracula apud tunc existentes Causarum Palatii Apostolici Auditores primum, ut moris tunc temporis erat, excussa, ad tunc itidem existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationem Sacris Ritibus præpositorum deinde pernoscenda fuerunt tradita. At interim felic. recor. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri decretis intercedentibus, Causæ Postulatores ab Instituto cessarunt, hujusce S. Sedis auctoritati usquequaque obsecuti. Tringenta verò ab hinc circiter annis apud eandem Cardinalium Congregationem (cum in minoribus constituti ejuſdem Causæ patrocinium suscepimus) iterum de Virtutibus quæstio redintegrata est; quas in posterum pluries, diligenterque perpensas, recol. me. Clemens Papa XII. Prædecessor quoque

Congregationis Soma-schæ institutio.

Causæ sanctæ

quoque Noster octavo Kalendas Augusti 1737. suo Decreto approbavit, & in gradu heroico collocatas asseruit. Postmodum coram Nobis in hoc Supremae Dignitatis fastigio quamquam immerito collocatis, ad Miracula deventum est, quorum duo, communibus tum eorumdem Cardinalium, tum memoratae Congregationis Consultorum curis, atque suffragiis perspecta, discussa, atque approbata, nono Kalend. Maji Decreto nostro firmavimus. Illud tandem investigandum maxime supererat: Num Virtutibus, ac duobus tantummodò Miraculis probatis, idem Servus Dei Beatorum factis posset adscribi. Verùm rebus a Nobis accuratissime pervolutis, ultro, lubenterque assensu summe, nuperoque Decreto nostro amplissimo nonis Augusti Causam absolvimus. Quae cum ita se habeant, precibus tum dilectorum Filiorum Nobilium Virorum, Ducis, & Domini Venetorum, tum dilectorum etiam Filiorum Clericorum Regularium Congregationis de Somascha, paterna benignitate annuentes, de supradicta Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei Servus HIERONYMUS AEMILIANUS in posterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiae venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferendae) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur: ac de eo quotannis die octava Februarii, qua è vivis feliciter cessit, recitetur Officium, & Missa de communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani. Porro recitationem Officii, & Missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum in universa Clericorum Regularium hujusmodi Congregatione, tum in Urbe Venetiarum, ubi Vir ille magnus primam lucem aspexit, tum in memorato Oppido Somascha, ubi supremum diem clausit, tum in toto Bergomeni Territorio, ubi diu versatus est, ab universis Christianis tam Saecularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur: Et quantum ad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ac Ecclesiis, in quibus Festum peragetur, confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hinc literis inchoando, in Ecclesiis Congregationis de Somascha, Civitatis, Oppidi, & Territorii antedicti, solemnia Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinaris respective constituta, postquam in Basilica nostra Sancti Petri in Vaticano celebrata fuerint eadem solemnia tertio Kalendas Octobris currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & Sigillo Praefecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Cum autem ad cultum Sanctorum quam maxime intersit, in praeclearis eorum gestis cogitationes omnes, nedum oculos deingere, ut, excusso torpore, nostram improperantes desudiam, & ab eorum caritate & poenitentia quam longissime abesse recogitantes, ad Evangelicæ doctrinae normam mores nostros componamus, plurima in HIERONYMO AEMILIANO, eademque ad imitandum luculentissima suppetunt virtutum exempla, ut ejusdem vestigiis inhaerentes, assequamur & premia. Hic enim Dei Servus, quamvis clarissima Familia ortus, juvenili ta-

men licentia in vicia turpiter delapsus, ut Deo satisfaceret, arctamque salutis viam ingrederetur; non generis nobilitatem, non mollem, & delicatam juventutem, non commoda vita, non Magistratus jacturam, non affinium querelas, non hominum ludibria prætexit, sed illecebrarum corruptelis animum irretitum, & diris vulneribus confossum, congruis curavit remediis, idque potissimum praecavit, ne imbecillior medicina foret, quam morbus. Praeter ceteris autem ejus virtutibus, caritatem praestitit æmulari, quae per dilectionem operata est, & qua ille totus in proximos deslagavit; ut in hoc primo, & maximo Evangelicæ legis mandato excolendo egregiam semper navemus operam, probè memores iis tantum, qui multum dilexerunt, multa quoque peccata fore remittenda. Lapsi porrò, quibus incumbit improbam vitae consuetudinem, corruptosque mores emendare, non qualemcumque poenitentiam in hoc indulgentissimo Saeculo tot verborum lenociniis delinitam, sibi satis esse confidant, sed hujus Servi Dei moneantur exemplo, ad gravia expianda delicta, ad flectendam Omnipotentis iram, & ad instaurandam spiritus novitatem, quam BEATUS HIERONYMUS AEMILIANUS assecutus est, & quae ipsi tantam peperit gloriam, sine magnis nostris stribus, & laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam posse.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxii. Septembris MDCCXLVII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passioneus.

Reformatio Tribunalium Urbis in Judiciis Criminalibus, & quoad expeditiones Commissionum, cum opportunis ordinationibus.

XLIV.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

